CHRONOLOGIA

HISTORICA PATRIARCHARVM, ARCHIEPISCOPORVM BITVRICENSIVM & Aquitaniarum Primatum.

ANNO M. DC. III. PRIMO EDITA:
Nunc verò editioni secundæ accessit Catalogus Decanorum Ecclesiæ Bituricensis.

CVM NOTITIA ARCHIEPISCOPATVVM,
Episcopatuum Prouinciæ Bituricensis, simul & Abbatiarum, aliorúmque Beneficiorum Diœcesis Bituricensis.

Auctore IOANNE CHENV *Biturico, in Parisiensi*

PARISIIS,
Apud NICOLAVM BVON, via Iacobæa, sub signo S. Clau & Hominis Syluestris.

M. DC. XXI.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO

IN CHRISTO PATRI, D. D. ANDREÆ FREMIOTO PATRIARCHÆ, ARCHIEPISCOPO Bituricensi, & Aquitaniarum Primati,

IOANNES CHENV, S.

AVet te Clerus, expectant proceres, suspirat populus, fluctuat gubernatore, qui ad clauum sedeat Ecclesiæ tuæ destituta nauis (Illustrissime Præsul) quid nostra moraris gaudia? quid tamdiu despicis munera, quæ iam pridem tibi dicata plurimi offerre gestiunt. Ego inter alios hancce prædecessorum tuorum Patriarcharum Archiepiscoporum Bituricensium, Aquitaniarum Primatum, Chronologiam iamdiu pertextam in lucem mittere distuli, quippe qui reformidem non leuiter id genus hominum qui in omnibus circulis, (atque si Dijs placet) in conuiuiis de quacunque re disserunt, in aliorum mores factáque inquirunt, cœcutientes in propriis, perspicacissimi in alienis: sed nutantem erigit, labentem subleuat, dubitantem tua confirmat auctoritas? quid enim sub tuis auspiciis aggredi verear. Accipe igitur id munus, re ipsa exiguum, sed si voluntate mittentis æstimetur

maximum, qualecunque sit, mihi certè gratissimum erit, dummodo tuæ adlubescat celsitudini. Vale, & tui obseruantissimum amplectere, & suscipe. Datum Auarici Biturigum Calendis Aprilis anno Domini M. DC. III.

APPROBATIO DOCTORVM in Theologia.

NOs F. Natalis de Senis, sacræ Theologiæ Doctor Parisiensis Ordinis Carmelitarum, & Clavdivs Feideav Molinensis, Iuris Canonici & Theologiæ Doctor Canonicus Theologus, & magnus Pœnitentiarius Archiep. Ecclesiæ Bituricensis. Legimus & accuratè examinauimus. M. I. Chanuti Chronologiam Præsulum eiusdem Ecclesiæ, nihilq; fidei Catholicæ aut moribus contrarium reperimus, ideóque eam iure dignam iudicamus vt ad communem vtilitatem; in lucem prodeat in horum fidem subscripsimus. Auarici Biturigum Idibus Martij 1603.

Ita est, De Senis. C. Feideav.

Digitized by Google

S. CHRYSOSTOMVS SERMONE XVIII. ad Populum Antiochenum.

DISCE *quid sit ciuitatis dignitas: non quòd Metropolis sit, neque quòd habeat ædificiorum magnificentiam & ornatum: neque quòd multas columnas & porticus, & deambulationes, neq; quòd ante alias ciuitates prædicetur, sed inhabitantium virtus & pietas: hæc est dignitas & ornatus, & tutela ciuitatis, itaut si hoc desit, omnium sit vilißima, licet infinitum ab Imperatore consequatur honorem.*

S. Paulus, Act. 20. 28.

ATtendite vobis, *& vniuerso gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.*

Digitized by Google

AD D. CHANVTIVM.

PER te Pontifices æternum in nomen ituri
Per te Biturigum ciuica iura patent.
Ergo tuum nomen: Quid enim? tua gloria, per quem
Æterna eſt multis, nonne perennis erit?

G. GIBIEVF Bituricus Theologiæ ſtudioſus.

AD EVNDEM.

Pontifices quos priſca pios huc vſque tulerunt
Sublimi cathedræ tempora Biturice:
Hos tibi CHANVTIVS *ſerie digeſsit in album*
Vt noſcas claros, quos imitere, viros.

MICHAEL ALOCHON Aduocatus.

AD EVNDEM.

Quamlibet inuidiæ turgeſcat vitrea bilis
Atque latret luna ceu radiante canis?
Dummodo Pierij ſedeas in vertice montis
Et tua per nubes fama peremnis eat,
At quia Paſtorum recolis poſt funera nomen,
Paſtoris viui ſit tibi grata manus.

Frater FRANCIS. LABORIOSVS Monachus ſancti Sulpicij Bitur.

Digitized by Google

IOA. CHENV BITVRICVS IN SENATV
PARISIENSI PATRONVS. AN. ÆT. LX. M.DC.XX.

Digitized by Google

CHRONOLOGIA BITVRICENSIVM ARCHIEPISCOPORVM Patriarcharum & Aquitaniarum Primatum.

Authore IOANNE CHENV *Bituricensi. I.C.*

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.

DE ARCHIEPISCOPIS Biturigum, Patriarchis, Aquitaniarum Primatibus dicturus, cõueniens videtur pauca de Biturigum ciuitate prælibare. Vrbem igitur Bituricam Iulius Cæsar, cùm de ipsius obsidione loquitur; stante adhuc Republica Romana, Auaricum appellat, lib.7. de Bello Gallico; eámque pulcherrimam totius Galliæ; & natura loci inexpugnabilem describit; quòd prope ex tribus partibus flumine & palude circundata, vnum habeat, & perangustum aditum: & quam quatuor amnes accessu suo plurimum ornant, Auaricus* & Auureta ex vna parte: Eura & Molus ex altera,* Eura per medium vrbis fluit, & cadit extra portam Sulpicianam, accepta superiore fluuij Auarici aqua, sicque se infundit in

* *Auron, & Aurete.*
* *Yeure & Moulon.*

Digitized by Google

* Chair.	Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.

Charum * octo leucis à Biturigum ciuitate distantem : hæc appellatur à Gregorio Turonensi histor. lib. 6. cap. 3. & à Sydonio Apollinari Epistola 5. lib. 7. *Biturica* : & Epistola 8. *populus Biturix*, Epistola 9. *plebs Biturix*, & in Concione post Epistolam 9. *Bituriges*, inquit, *priusquàm Biturigas noueram*; vbi *Bituriges* pro incolis, *Biturigas* pro populo & plebe Bituriga. In Notitia Prouinciarum, *Biturigarum*; & in Itinerario Antonini, & à Paulo Diacono lib. 5. histor. Miscellaneorum. Ex Orosio lib. 6. cap. 11. *Bituricum* : à Ptolomæo lib. 2. & à Dione lib. 30. vt à Cæsare citato loco. *Auaricum*, ab Auarico flumine nomen accipiens : vt *Biturix* à binis turribus male vulgus dixit, vnde illud.

Turribus à binis inde vocor Biturix.

Bituriges autẽ duplices sunt cognomento distincti, vtrique in Aquitania locantur à Plinio li. 4. ca. 19. *Bituriges Cubi*, quorum Metropolis Aquitaniæ primæ Auaricum *Bourges*. Bituriges Viuisci Burdigala, quorum Metropolis Aquitaniæ secundæ *Bourdeaux*, qui Straboni Iosci & Vibisci lib. 4. & à Ptolomæo: & in Indice dignitatum Imperij Romani inter Præsides numerãtur, in partibus Occidentis Præses Aquitaniæ primæ, & alter Aquitaniæ secundæ, qui erant sub dispositione Præfecti Prætorio Galliarum. Titus Liuius lib. 5. refert Prisco Tarquinio Romæ regnante, Celtarum (quæ pars Galliæ tertia erat) penes Bituriges summam Imperij fuisse, & Regem Celtico dedisse. Antiquam

Digitized by Google

Numerus Archiep. | Anni à Christo. | Anni obitus.

esse testantur monumenta, turris magna ob insolitam crassitudinem, & formam minoribus vndiq; turribus, muroq; & fossis profundissimis circundata, curãtè Philippo 2. Augusto dicto, Galliarum Rege, circa annum 1190. A Septentrione Soloniam inferioris Blæsiæ partem respiciens, à qua Caris * fluentis distinguitur, & separatur: Ad Orientem Niuernenses & Borbonios respicit, constituente hic limitem riuulo, cui nomen *la Faye:* quà meridies est, Læmouicẽses habitant, vbi fluuiolus *la Creuze* fluit: quà Occidens, Pictones, Turones, à quibus, fluuiolo *Clery* vulgò, separatur. Vrbem illustrat Vniuersitas celeberrima omnium scientiarum, sępius interrupta, sed tandem à Carolo Biturigum Duce, filio Regis Caroli septimi, fratre Regis Ludouici XI. restaurata, & authoritate Pauli Pontificis Maximi anno 1464. comprobata. In ea doctissimi Antecessores extiterunt, inter quos Ferdinandus, Alciatus, Baro, Duarenus, Hotomanus, Contius, & Cuiacius, in qua omniũ artium & scientiarum Professores iuuentutem instruunt, vt meritò hæc Palladia dici possit. Ornat etiam Sedes Archiepiscopalis, Patriarchalis, & Primatialis Aquitaniarum, quo titulo decoratur. Rodulphus 47.* Archiepiscopus à Nicolao Pontifice Maximo, in can. conquestus 9. quæst. 3. de quibus infra suo loco dicemus.* Sita est hæc vrbs in agro amœnissimo & fœcundissimo non modo frumentorum, omniumque leguminum,

* *Chair.*

* *in Simeone de Soliaco 70 Archiep.*

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		verum etiam vinorum admodum generosorum, fructuũ quorumcunque: piscium etiam, ob stagnorum & fluminum abundantiam: Syluarum, ideoque ferrariorum * vnde illud.	
		Pascuis diues Biturix & altis *——Nustria Syluis.*	
		Et Rutilij Poëtæ.	
		Nõ Biturix largo potior structura Camino *Nec quæ Sardonio Cespite Massa fluit.* *Plus cõfert populis, ferri fœcũda creatrix.*	
		Pratis & pascuis etiam abundat, quibus innumera quãtitas pecudum armentorum, ouiumque pascitur, diuitiæ Prouinciæ & commercium, de qua dici potest illud Virgilij. *	
		Quàm diues pecoris niuei, quàm lactis abundans *Mille meæ Siculis errãt in mõtibus Agnæ.* *Lac mihi non æstate nouũ, nec frigore defit.*	
		Vrbs multis basilicis structura superbis ornata, Cathedrali, D. Stephano Prothomartyri dicata, Regia Capella à Ioanne Biturigum Duce amplissimis reditibus fundata, anno 1405. in honorẽ S. Saluatoris: septem Collegiatis, septemdecim Parrochialibus: duabus Abbatiis Monachorũ, S. Sulpicij Ordinis S. Benedicti, Congregationis Casalis Benedicti, cuius fundator fuit Clotharius II. Rex, anno 603. Altera D. Ambrosij Ordinis S. Augustini ab anno 700. tribus Monialium, prima, & antiquior est, Abbatia S. Laurentij à Carolo Magno instituta anno 788. secunda Sororum Mendicantium S. Cleræ Ordinis S. Francisci, fundata anno 1484. tertia vulgo *l'Annonciade*, dicta in ho-	

* des Forges.

* Bucol. Eglog. 2.

Numerus Archiep.	Anni à Christo. Quibus sedere cœperūt. 251.	norem B. Virginis Mariæ ab illustrissima Ioanna Biturigum Ducissa Regis Ludouici XI. filia, & Ludouici XII. quondam vxore constructa, & dotata anno 1501. Sunt & duæ aliæ anno 1619 erectæ, vna Carmelitarum, altera Visitationis B. Virginis Mariæ, quatuor Mendicantium antiquorum ordines, quibus addēdus est Capucinorū ab anno 1588. & anno 1617. Conuentus Minimorū Ordinis S. Frāciſci de Paula, procurāte R. P. Ægidio *Camart*, eiusdem Ordinis Doctissimo Concionatore, cùm tempore Quadrageſimæ, ibidem in templo D. Stephani verbum Dei piè, & doctè prædicaret. Vide plura infrà in Simone de Soliaco 70. Archiepiscopo.	Anni obitus.

SANCTVS VRSINVS.

Primus.		SANCTVM VRSINVM primum Bituricensem Præsulem, ad Dei prædicandum Euangelium populis Gallicanis à fide Christi alienis, orthodoxamq; fidem ibi publicè professurum & missum fuisse, nemo dubitat: sed quod ad tēpus spectat diuersæ feruntur sententiæ. Gregorius primo Monachus, deinde Episcopus Turonensis * scripsit Grato & Decio Consulibus, id est anno Christi 252. Fabiani Papæ XIII. Decij Imperatoris II. septem viros Episcopos ordinatos ad prædicandum in Gallias citra Alpes missos fuisse, nempe Gatianum Turonem, Trophimum, Arelate: Paulū, Narbonem: Saturninum, Tholosam: Dionysium, Lutetiam Parisiorum:	4. Cal. Ianuarij, 280.

* *Histor. Francia l. 1. cap. 30.*

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
a *vid. lib. cap. 31.*		Astremonium, Aruernos, id est, ciuitatem Claromontensem: Martialem, Lemouicensem, ibique prima religionis fundamenta iecisse. Addit[a] quemdam ex eorum discipulis Bituigas (Aquitaniæ caput) etiam missum fuisse, circa idem tempus, quod de Vrsino nostro sine dubio accipi debet. Alterius sententiæ est Baronius S.R.E. Cardinalis in Annalibus Ecclesiast.	
b *Anno Christi 46. uum.*		[b] qui ex Hilduino Monacho S. Dionysij in Historia eiusdem Dionysij, & aliis, eosdem Episcopos, sed & alios à Christo nato anno 46. S. Petri Pontificatus anno 2. Claudij Imperatoris 4. scripsit, stabilita Sede Romana Petrum Apostolum) cui Vniuersi gregis cura à domino commissa erat) ad cæteras Occidentales partes admouentem oculos (vt apud omnes prædicatio Euangelica illucesceret) discipulos quos habebat in diuersas Prouincias, & Ecclesias mississe, ibiq; inquit, ordinatos fuisse Episcopos, videlicet in Gallias (vt exteras gentes omittam) ad Læmouicenses, Tholosanos & Burdegalenses Martialem: ad Rhemenses Sixtum: Arelatenses Trophimum. Senonenses Sabinianum: Cœnomanenses Iulianum: Viennenses Crescentem: Sanctonenses Eutropium, & Bituricenses Vrsinum. Ex antiquis Ecclesiæ S. Vrsini, Abbatiæ Burgidolensis tabulis manuscriptis, & Breuiario ad vsum Ecclesiæ Bituric. constat S. Vrsinum cum vno discipulo meritis & nomine *Iusto*, eum comitante in Gallias.	
c *Virgilius.*		[c] *Incerti quo fata ferant vbi sistere detur,*	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Chriſto.	*Cum res cumque cadent vnum & commune periclum, Vna ſalus ambobus erit.*	Anni obitus.
		Appuliſſe ad pagum nono miliario, id eſt tribus ab vrbe Bituricenſi, leucis diſtãtem, cuius hodie nomen: retinet *S. Iuſt.* antea dictum, vrbs, noua ſuper *Auaricum* [a] ſed ibidem Iuſto præmatura morte prẽuento, Vrſinum iter perſequutum, Biturigas veniſſe, Idolorum cultui, tunc temporis mancipatam, vbi dum Euangelium prædicaret, ex omni parte ad tanti viri ſanctitatem, tãta vtriuſque ſexus potẽtium & pauperum multitudo conuênit, & ità religioni prẽfuit, vt, fidei Chriſtianæ authoritate ſeſe in dies ampliante, & fidelium ità creſcente numero, per anguſtiam loci tanta Chriſtianorum multitudo, vnâ conuenire non poſſet. Lugdunum profectus eſt, vt à Leucadio Senatore, Lugdunenſis & Biturice ẽſis Prouinciarum Rectore Duce & Principe, tunc Lugduni commorante (eo enim tempore Gallia à Iulio Cæſare ſubacta Imperio parebat Romano, & in maximis vrbibus Auguſtorũ, Legati ex eorum decretis, Galliæ iura diſponebãt) domum ſeu Baſilicam quam Biturigibus habebat, peteret, templi ædificandi cauſa, oblatis ei nummis: quam cùm libenter & beneuolè impetraſſet, Biturigas reuerſus, ſordibus omnibus eam expurgauit, templumque totius Prouinciæ primum, in honorem Dei, ac Prothomartyris S. Stephani memoriam conſecrauit & dedicauit, & in illud, ſanguinẽ eiuſdem	[a] *Nouſ-ville ſur Auron.*
			Gregor. Turonenſis de Gloria Conf. lib. 1. cap. 33.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Protomartyris, post lapidationem, guttis collectum, solemni ritu collocauit. Leucadius autem successu prospero sancti Spiritus afflatu perculsus, & ad fidem cõuersus, Vrsinum statim Biturigas sequutus est, vt in eodem templo iam consecrato simul cũ Lusore filio salutari fonte baptismatis initiaretur, & regeneraretur, quibus quidem fœliciter, & publicè cũ multis etiam aliis populis ad exemplum Leucadij Principis, peractis, idem Princeps Biturigas reliquit, in eamque partem Prouinciæ Bituricensis vlteriorem, Burgum Dolensem dictam [a] Augeri proximam: [b] omni fructuum genere abundantem, & præ cæteris amœnam, constructo Palatio demigrauit, ibique sui Principatus Sedem constituit. Cum igitur Princeps magis ac magis diuini numinis gratia inflammaretur, sanctum Episcopum veræ fidei disseminandæ causa supplex euocauit, quem cùm multi complecterẽtur ex Palatio suo, templum Burgigalæ totius Prouinciæ secundum, quod ab Episcopo consecratum, Diuorumque Stephani & Saturnini nomini fuit dicatum, propriis sumptibus extruxit: In quo quidem templo, breue tẽpus, ad eius vitæ curriculũ, suis subiiciens oculis, duos tumulos, vnum ex albi marmoris structura superbum, in sacello subterraneo à maioris altaris parte dextera, Lusoris filij sui sepeliendi causa construxit, in quo, postquam Lusor Vrsini successor in Episcopatu designatus esset, vltimo suæ voluntatis elogio	

a *Bourg-Dieu, la terre Doloise.*

b *La Riuiere d'Indre.*

Numerus Archiep.	Anno à Christo		Anni obitus.
		elogio condito, Diuique Vrsini manuscripto sepultus est, quem in Albis migrasse à sæculo, & miracula multa fecisse, refert idem Gregorius Turonensis, lib. de Gloria Confessorum, cap. 92. Alterum lapidibus confectũ ex altera à lęua, sacello, in quo Leucadius primus Burdigalensis Princeps, inhumatus fuisse perhibetur: quiquidem tumuli adhuc hodie visuntur, licet ab Hæreticis secundo bello ciuili ingruente, anno 1570. præfracti fuerint, qui etiam sacras reliquias prædicti sancti Lusoris extraxerunt, vt fama est Burgigalæ, & didisci à quibusdam Burgigaliis ciuibus, anno 1612. Illa autem secunda opinio, & si quibusdam, * probabilior videatur, ex eo quod in dicto Breuiario legitur S. Stephanum, Vrsinum in doctrina Euangelicæ prædicationis, Hierosolymis comitem habuisse, quò vsque à Iudæis pro fide Christiana lapidatus fuerit, in cuius memoriam Ecclesiam Bituricensẽ, ipsemet Vrsinus cõsecrauit: & in ea eiusdem Protomartyris Stephani sanguinem quem guttis in lapidatione collegerat, solemni ritu collocauit, quamque postea miro opere Palladius IX. Archiepiscopus circa annum 379. à fundamentis ædificari curauit, vt author est Fortunatus, lib. 1. Poëmatũ cap. 3. & eundem postea ruinis lapsam. Guillelmus de Brucia 77. Archiepiscopus, circa annum 1324. ea qua hodie est forma, restituit. Sed præualere debet apud omnes, veteris Martyrologij Romani authoritas, quod tantópere Baronius	

* *Baron. to. 1. A.c. 34. n. 300. & 1094.*

Digitized by Google

Numerus Archiep. | Anni à Christo. | Anni obitus.

desiderauit, quodnè Heribertus Rosweidus Societ. Iesus Presbyter, edendum curauit, anno D. 1613. cum Martyrologio S. Adonis Viennensis Episcopi: Quæquidem Martyrologia dissertim distingunt, Dionysium Areopagitam, à Dionysio Parisiorum Episcopo, referuntque Dionysium Areopagitam à Paulo Apostolo instructũ, primum apud Athenas Episcopum ordinatum, & sub Adriano diuersis tormentis passum 5. Non. Octobris: Dionysium autem Parisiorum, à Pontifice Romano ad Gallias directum, primum Parisiorum Episcopum creatum, cum socijs suis Eleutherio Presbytero, & Rustico Diacono, à Fescennio, gladio animaduersum 7. Idus Octobris: præsertim cùm huic veriori sententiæ, adstipuletur ipsemet Cardinalis Baronius in Martyrologio Romano, 15. Calend. Ianuarij, vbi de S. Gatiano, cum S. Dionysio, Vrsino, & aliis Episcopis in Gallias misso. sic ait, *Ponitur hic primus Turonensis Sedis Episcopus, creatus, Æmilio & Aquilino Consulibus, est is annus à Christo 251. secundum veriorem supputationem*: in textu autem Martyrologij Romani à Baronio correcti, sic habetur, *Turonis sancti Gatiani Episcopi, qui à S. Fabiano Papa eiusdem Ciuitatis primus Episcopus Ordinatus, multis clarè miraculis, obdormiuit in domino.* Quæ cùm his conueniunt quæ à prædicto Gregorio Turonensi ex veteri historia sancti Saturnini describuntur, Hist. lib. 1. c. 30. Nec absceedunt ab his qua à Sulpitio Seuero in Historia Sacra recitantur,

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Serò trans Alpes religionem Christi esse susceptam: & hæ rationes, & quæ D. *Sanaron* Præses & Præfectus Aruerniæ, de Astremonio primo Aruernorum Episcopo, in Originibus Claramontij scripsit, me impulerunt, vt scriberem in limineari epistola Bituric. Antiquitatum, ad illustrissimũ Principem Henricum Condeum, eodem anno 152. Leocadium Senatorem primum Dolensium principem Biturigas aduenisse. Præfuit Ecclesiæ Bituricensi S. Vrsinus 27. annis, & migrauit è vita 29. Decembris, quo die singulis annis memoria eius celebratur, & officio præcum solemni colitur in Ecclesia sancti Vrsini antea sancti Symphoriani dicta, in quàm, corpus eius repertum sub vitis radicibus extra muros Ciuitatis humatũ post annos 246. tempore sancti Probiani 24. Archiep. nullius putredinis carie resolutum, & in Sarcophago retrò altare Ecclesiæ positum fuit per prædictum probianum, & beatum Germanum Episcopum parisiensem, comitãtibus vniuerso Clero & populo Bituricensi & longè post à S. Philippo Bituricensi Archiepiscopo 10. Cal. Nouembris, anno 1239. in capsam argenteam repositum, vbi & nunc meritis ipsius vexati à Diabolo liberantur, quemadmodũ & casula, qua in humanis agẽs, idem Diuus vtebatur, dum sacrificaret, & quàm videmus hodie tantum sumi in Missa Mediæ noctis, Dominicæ Natiuitatis, ab eo qui celebrat in Ecclesia Collegiata B. Mariæ de Salis. Oculorum lippitudini mirabiliter	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		prodesse, dignoscitur si ipsam tantummodo tetigerint. De eoque Diuo sic loquitur Gregorius Turon.lib. de Gloria Confess.cap.80. *Migrans à sæculo in campo inter reliqua sepulchra populorum sepultus est, non enim populus adhuc intelligebat Sacerdotes Domini venerari, eisque reuerentiam debitam exhibere.* Nam eo tempore in vrbe nemo sepeliebatur, quod etiam legibus XII. tabularum cautum fuerat, *Ne quis in vrbe sepeliretur, vereturue*, huius vrbium immunitatis meminit S. Chrysostomus tomo 3. Sermo. de Fide, & lege, & eam rationem reddit, *Omnis*, inquit, *Ciuitas, omne Castellum, ante ingressum sepulchra habet, vt contendens intrare in Ciuitatem quæ imperat, & floret diuitiis & potentatu, aliisque dignitatibus, prius quam videt, quod secum concipit, videat primum quod sit ante portas, sunt sepulchra, vtique ante oculos est nostræ humilitatis schola, & docemur in quod desinamus tandem.*	
		SANCTVS SEVICIANVS.	
2.	280.	Eidem Ecclesiæ secundus præfuit, cuius corpus sepulturæ donatum fuit in Monasterio S. Crucis Biturigibus, quod ipse constructerat, & dotauerat: postea Ecclesia parrochialis per vnionem reditus, factum à Clotario II. Monasterio sancti Sulpicij Biturigibus, cuius fundator extitit. Sedit autem sanctus Seuicianus, annis 6. temporibus Romanorum pontificum Fœlicis primi, Eustachiani & Caij: Imperatorum Probi & Cari: Numeratij, Diocletiani & Maximiani.	296.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		SANCTVS ETHERIVS.	
3.	296.	præfuit eidem Ecclesiæ annis 11. temporibus Rom. PP. Caij & Marcellini: Imp. verò Diocletiani & Maximiani crudelissimorum Christianæ fidei persecutorum. Iacet in dicta Sanctæ Crucis Basilica.	307.
		THECRETVS.	
4.	307.	Rexit Ecclesiam annis 23. temporibus Eusebij, Melchiadis & Siluestri Rom. PP. Imperantibus autem Galerio, Maximiano, Seuero, Maxentio. Constantio & Constantino magno: eius tempore prima vniuersalis Nycæna Synodus, 318. Patrum celebrata fuit contra Arrium pro diuinitate Christi.	330.
		SANCTVS MARCELLVS.	
5.	330.	Præfuit annis 7. sedente adhuc in Cathedra S. Petri, eodem S. Siluestro, Marco, & Iulio: Imperante verò Constantino.	337.
		SANCTVS VIATOR.	
6.	337.	Rexit Ecclesiam annis 17. sub summis PP. Iulio, & Liberio, Imperantibus Constantino magno, Constantino Iuniore, Constante, & Constantino: Cuius corpus sepultum est in Mausolæo P P. Seuiciani & Etherij prædecessorum suorum, in dicta Ecclesia sanctæ Crucis, quæ	354.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		tunc temporis erat Monasterium celebertrimum extra muros ciuitatis; hodie verò humile & parrochiale est sacellum.	
		LEOTHERIVS.	
7.	354.	Sedit annis 9. tempore Liberij Roman. Pontif. & Imperante Constantino Arriano. Is fuit contemporaneus B. Antonij Archimandritæ.	363.
		PAVPER.	
8.	363.	Qui pater pauperum dicebatur, sedit annis 14. præsidentibus Rom. PP. Liberio & Damaso: Imperantibus vero Constantio, Iuliano Apostata, Iouiniano, Valentiniano & Valente.	377.
		PALLADIVS.	
9.	377.	Inter Sanctos relatus ex Palladiorum stirpe; in Agro Bituricensi Cathedris præfuerunt duo, ambo Santonenses; primus noster hic præsul Ecclesiam miro opere compositam, & reliquiis illustratam protomartyris Stephani ædificare cœpit, vt author est Fortunatus Episcopus Pictauiensis lib. 1. poëmatum cap. 4. Sydonius Apollinaris in concione habita ad populum Bituricensem, quæ extat lib. 7. post Epistolam 9. Gregorius Turonensis lib. 1. histor. cap. 31. & lib. 1. de Gloria Martyrum. Sacrosancti Leuitæ, sanguinem in Ecclesia Biturigarum asseruatum meminit, quam posteà ruinis collapsum restituit	384.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Guillelmus de Brucia 77. Archiepiscopus, eamque dedicauit seu potius reconciliauit die Dominica post festum S. Nicolai circa an. 1324. At peractis in Sede Archiepiscopali annis 7. senex & plenus dierum migrauit ad Dominum anno 384. & sedit temporibus Damasi Papæ, & Imperat. Valentiniani, Valentis, & Gratiani. Quiescit eius corpus in parrochiali Ecclesia, quæ in pago Biturig. ex ipsius nominis * appellatione nunc vsque denominata est, ibiq; dies festus celebris quotannis agitur, 6. Idus Maij.	
		VILICIVS.	
10.	384.	Sedit annis 28. sub Rom. PP. Damaso, Syricio, Anastasio, & Innocentio, Impp. Gratiano, Valentiniano, Theodosio magno, cum filiis eius Arcadio, & Honorio. Tempore illius Pontificatus, Ecclesia, Hieronymo, Ambrosio, Augustino, & B. Martino Turonico quasi quatuor luminaribus decorabatur.	412.
		AVITVS.	
11.	412.	Sedit annis 19. sub PP. Rom. Innocentio, Zozimo, Bonifacio, & Celestino, Impp. Gratiano, Valentiniano, Theodosio iuniore: Et Pharamondo primo Francorum Rege.	431.
		SANCTVS LEO.	
12.	431.	Eius etiam tempore, tertia vniuer-	448.

* S. Paleis.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		salis Synodus Ephesi celebrata est Contra Nestorium. Sedit annis 17. temporibus Celestini 1. Sixti 3. & 5. Leonis Doctoris eximij, Imp. Theodosij Iunioris, & Clodouei Regis Francorum.	
		SANCTVS PALLADIVS.	
13.	448.	Huius nominis 2. Duo enim fuere Episcopi, primus, nonus ordine, hic noster 13. in Vsuardi Martyrologio ad VI. Idus Maij hoc habet elogium, *In agro Biturico Galliarum, S. Palladij Episcopi & Confessoris* Santones etiam in Aquitania secunda Palladium habuere, magnarum calamitatum; & claro in Guntrami Regis loco, pontificem. Is qui à Faustinianum Aquis temerè Episcopum initiarat, variis ex causis quas Gregorius Turonensis lib. 6. Histor. passim attigit, ærumnis exercitus est. præfuit autem hic 2. Palladius Ecclesiæ Bituricensi annis 13. obiit 6. Idus Maii 461. in Monasterio Marciliaco Caturcensis diœcesis tẽpor. prædicti Leonis Doctor: Impp. Theodosij Iunioris, Marciani, & Leonis II. Regum Franciæ, Morouæi & Childerici patris Clodouæi, qui primus de Regibus Franciæ Christi fidem susceptit.	461.
		EVLODIVS.	
14.	461.	Sedit annis 9. temp. SS. Leonis, Hilarij, & Simplicij Rom. Pont. Imper. verò Leonis: Regis Childerici.	470.
		SANCTVS	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Chriſto.	SANCTVS SIMPLICIVS.	Anni obitus.
15.	470.	XV. Eccleſiæ Bitur. Præſul: Eulodio vita functo cùm ad electionem noui Pontificis deueniendum eſſet, Symoniæ labes Eccleſiaſticum ordinem Bituricenſem adeò infecerat, vt plerique Sacroſanctam ſedem, dignitatemque præcio oblato ambire non reformidarent; donec ſtatu Eccleſiæ ita titubante, Sydonius Aruerniæ Epiſcopus Ciuium decreto petitus, Biturigas venit ad electionem noui Antiſtitis, vt ipſe teſtatur Epiſtolar. lib. 5. Epiſt. 7. Ad Agræcium Senonēſem Epiſcopum; quem ſupplex rogat, vt Biturigas veniret ad conſtituendum nouum Antiſtitem, numero Prouincialium Epiſcoporū deficiente, quos Euariges Gothorum Rex interfecerat, ſedente Eulodio, vt ipſemet Sydonius teſtatur Epiſtola ſequenti, hoc, quia cùm Epiſcopi Prouinciales deficiebant, & minor eſſet numerus, licebat alium Metropolitanum euocare œcumenica ratione Balſamo Can. Apoſtol. 33. & Synodi Cardienſis Can. 5. aliàs Prouinciales Epiſcopi in creando Metropolitano ad Ciuitatem Metropolitanam conuenie-bant, vt eorum Comitiis præerat, qui prærogatiua Collegiis Prouincialibus anteibat, vt Leo Magnus ad Anaſtaſium Epiſtola XII. ſcripſit, *Metropolitano*, (inquit) *defuncto Prouinciales Epiſcopi ad Ciuitatem Metropolitanā conuenire habebunt, vt omnium Clericorum, atque omne Ciuium voluntate diſ-*	477.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		cussa, ex Presbyteris eius Ecclesiæ, vel Diaconis optimus eligatur, quod si diuersa, prouinciales Episcopi nanciscerentur, ciuium studia, ipsi Episcopum inter se eligebant, quem populus renunciatum suscipiebat: vel si populus ipse incertus esset, quē eligeret, communi decreto in vnius Episcopi ius suffragij sui voluntate transferebat, vt in electione Simplicij euenit: Nam solus Sydonius Aruerniæ Episcopus, primus Metropolitani Archiepiscopi Bituricensis Suffraganæus, cum ex multis qui Episcopatum optarēt, incertus esset quē expeteret, communi Decreto Episcoporum vicinarum Prouinciarū, Prouincialibus ab Euarige, vt dictum est, sublatis: Simplicium virum spectabilem delegit & pronunciauit, vt ipse testatur Epistol. lib. 7. Epistola 8. ad Eufronium Episcopum Augustodunensem his verbis, *quia Simplicium spectabilem virum sibi flagitat populus Bituriæ ordinari, quid super tanto negotio facere debeam, decernas: De quo tamen Simplicio, scitote narrari plurima bona, atque ea quidem à plurimis bonis quæ testimonia mihi prima fronte colloquij, non satis grata, quia satis gratiosa iudicabantur: At post quam æmulos eius nihil vidi amplius quàm filère, atque eos maximè qui fidem fouent Arrianorum (neque quippiam, nominato, licet necdū nostræ professionis illicitum opponi) animaduerti, exactissimum virum posse censeri, de quo quiuis malus loqui, bonus tacere non posset*; hæc ille. Sed alia, dixit concione apud Bituriges habita, quæ extat post Epi-	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Chriſto.		Anni obitus.
		ſtolam 9. cod. li. vbi de electione eius ita ſcribit ad Ciues Biturigum: *Et quia ſententiam paruitatũ meæ, hac electione valituram eſſe iuraſtis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Simplicius eſt, quem Prouinciæ noſtræ Metropolitanum, Ciuitati veſtræ ſummum Sacerdotem fieri debere pronuncio.* Nonnumquam etiam Legatus à Rege mittebatur, quo abſente nihil quicquam licebat agere, propter diuerſa in electionibus Cleri & populi ſtudia, quæ omnino ceſſabant, ſi præſentia Regij Legati adeſſet; attamen ſeruabantur integra iura Clero, populoque in huiuſmodi electionibus: huius Legati animus erat Imperatorẽ certiorem de electione reddere, vt conſtat Epiſtola Hincmari Rhemeſis Archiepiſcopi ad Carolum magnum ſcripta, de electione Siluanectenſis Epiſcopi, tandem ſub Regibus tertij generis, cùm electio diu fuiſſet libera Clero, Franciſci primi Regis Galliæ & Leonis PP. X. anno 15. 16. extincta eſt, iure nominandi, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbates, Regibus Galliæ in poſterum permiſſo. Sedit 7. annis tribus menſibus, temp. Leonis 1. cognomento Magni, Romanorum Pontificis: Zenonis Imperatoris, & Childerici Franciæ Regis; cuius corpus conditum fuit in Eccleſia ſancti Auſtregiſilli de Caſtro in ſuburbiis, quam primus propriis expenſis conſtruxerat; ſed eã ſanctus Auſtregiſillus ædificiis & reditibus ampliauit, & ibi Monaſterium conſtituit, hodie Eccleſia Collegiata vulgo Caſtrum di-	

Numerus Archiep.	Anni à Christo.	ctum, quam Ioannes Dux Bituricus cum præbendarum collationibus sacræ suæ Capellæ Thesauratio addixit.	Anni obitus.
		SANCTVS THETRADIVS.	
16.	477.	Cuius meminit idem Sidonius in Epist. eum appellans meraciſſimum scientię fontem. Sedit 19. annis sub Hilario Sardo, Simplicio Fœlice 3. & Gelasio 1. summo Pontif. & Franc. Regibus Childerico & Clodoueo.	496.
		RORICIVS.	
17.	496.	Sedit annis 12. temp. Symmachi Rom. Pon. Anastasij Imper. & prædicti Clodouæi Franc. Regis.	508.
		SIAGRIVS.	
18.	508.	Sedit annis 19. Sub SS. Pontif. Symmacho, Hormisda, & Ioanne, imperantibus Anastasio, & Iustino seniore: Regnantibus in Francia Clodoueo Magno, & post eum 4. filiis illius simul, videlic. Theoderico, Clotharío, Clodomiro, & Childeberto.	527.
		HVMATVS 19.	
19.	527.	Præsul. cuius pontif. anno 1. insigne miraculum in vrbe Bituricensi contigit de puero Iudæo (quod his verbis refert auus meus Stephanus Chanutius D. Medicus in libello Arboris Iudaïcæ Tholosæ impresso 1517.) Cũ omnis (inquit) populus Bituricensis	531.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		ad Ecclesiam conueniret in die sancto Paschæ, vt Eucharistiæ sacramentum reciperet, inuento in via adolescentulo Iudæo ad Sacramenti huius receptionem inuitauit, qui iuit libẽter & recepit. Sciens pater vitrarius hoc factum, filium apprehendit, eũque in fornacem ignis ardentis coniecit, adiectisq; lignis, quo vehemẽtius exureretur, insistit. Quo, d cũ ad aures ciuium, matris clamore, peruenisset, multi accessêre, qui detractis ignibus fornacis, ore puerum illæsum & ridentem viderunt: Interrogatus puer, quis eum â tali periculo liberauerat; Respondit; Imago, quam in tẽplo vidi depictam, & gremio tenentem paruulum, suo pallio flammas ignis ventilans ne voraret operuit: Statim populus eundem patrem in fornacem detrusit, atque illic subitò igne correptus, interiit: in cuius miraculi memoriam eodem in loco tẽplum constructum est, & in honorem beatæ Virginis Mariæ dicatum, hodie parrochia, vulgò *Nostre Dame du Fourchault:* agnita infans fide Catholica, credidit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ac salutioribus aquis ablutus, vnà cum genetrice sua, denuo sunt renati, multi Iudæorum exemplo hoc, in vrbe saluati sunt. Gregorius Turonensis, lib. 1. de Miracul. cap. 10. similem historiam refert, nostram forté, sed vrbe innominata. Sedit autem præsul Humatus, annis 4. temporibus Bonifacii, & Ioannis 2. Rom. Pontificum: Iustini senioris, & Iustiniani Imperato-	

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		rum : in Gallia quatuor filiorum Clodouei.	
		SANCTVS HONORATVS.	
20.	531.	Concilio Aurelian. 2. interfuit celebrato, anno 536. Sedit 6. annis temp. Ioann. 2. Agapiti, Liberij, & Vigilij PP. Roman. Imperat. Iustiniani authoris librorum Codicis, & supradictorum Franciæ Regum.	537.
		SANCTVS HONORATVS.	
21.	537.	Huius nominis 2. præfuit Synodo Aruernensi celebratæ, vt legitur in can. prima annotatio. 20. distinct. vbi legendum Bituricens. non Bretensis, ex Conciliorum parte 2. in fine. Rexit Ecclesiam Bitur. tribus annis tantùm, sub S. Pontifice Vigilio : Iustiniano Imperante : regnantibus in Francia supradictis Clotario 1. Childeberto & Theodeberto.	540.
		SANCTVS ARCHADIVS.	
22.	540.	Interfuit Concilio Aurelianensi III. sub Vigilio Papa', anno 540. cui primus sic subscripsit, Archadius in Christi nomine Episc. Ecclesiæ Bituric. Metropolis his constitutionibus consensi. Sedit annis 5. Huius corpus humatum est in Ecclesia sancti Symphoriani seu Vrsini iuxta corpus sancti Vrsini. De eo ibid. fit festũ duplex 4. Nonas Aug. Claruit autem temp. Vigilii Papæ: & Iustiniani Imper. regnantibus in Francia tribus supradi-	545.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		ctis Regibus. De eo Gregorius Turonensis de Gloria Confessorum, cap. 80. & de Vita Patrum, cap. 10.	
		SANCTVS DESIDERATVS.	
23.	545.	Ortus ex Suessonico oppido, adfuit Concilio Aurelianensi 5. sub Pelagio summo Pontifice, tempore & iussu Childeberti Regis videlicet 5. Cal. Nouembris 552. celebrato, cui scripsit. Sedit annis 9. floruit tẽp. Virgilij Papæ, Iustiniani Imp. & regnantibus in Gallia tribus supradictis Regibus. Is Forbium Podiensem Episcopum Suffraganeũ de crimine stupri accusatum & conuictum, falsis tamen testibus, vti postea compertum fuit, pastorali sede deiecit, & Flauinianum magnæ sanctitatis virum in eius locum subrogauit: Diem autem extremum morte clausit 3. Idus Maij 554. cuius vitam Abbas Bonienſis amplè descripsit.	554.
		SANCTVS PROBIANVS.	
24.	554.	Picto, is cum B. Germano Parisi. Episcopo corpus S. Vrsini exhumauit, & in Basilicam S. Symphoriani (hodiè & ab eo tempore S. Vrsini.) transtulit. Præfuit Concilio Parisiẽsi 1. & subscripsit. Anno 8. sui Pontificatus, Roma, febrili morbo acriter percussus vitam finiuit, vbi ipsius eius corpus in Ecclesia Sancti Laurentij extra muros sepultum fuit, temp. Virgilij & Pelagij PP. Rom. Imp. Iustiniani: Regum Frãciæ supradictorum,	562.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		& de quo in Annalibus Aquitaniæ parte 1. cap. 15. & Greg. Turonen. de Gloria Confess. cap. 8.	
		SANCTVS FOELIX.	
25.	562.	Interfuit & præfuit Turon. Concil. secundo celebrato anno 570. Cal. Decemb. & sedit annis 14. mortuus febre ardenti, eiusque corpus quiescit in Ecclesia S. Austregisilli vulgò de Castro, sub sarcophago marmore heracleo, ex quo fertur quod multi eraso, potatoque puluerís modico, à quartanis siue quotidianis febribus celeriter liberantur; testis est Gregorius Turo. lib. de Glor. Confess. nu. siue cap. 102. eius corpus, post annum fere duodecimum ita illæsum repertũ est, vt nulla dissolutio in corpore, nulla putredo reperiretur in veste, sed ita erant cuncta integra, ac si ea hora tumulo putarentur ingesta; hæc Gregorius. Alter fuit S. Fœlix Biturícus, Episcopus Nannetensium 19. circa idem tempus nempe anno 565. nobili genere ortus omniumque Aquitaniæ maiori ex parte nobiliũ consanguineus. Floruit autem Præsul noster temporibus Pelagij, & Ioan. 3. Rom. pp. Iustiniani & Iustini Iunioris Impp. Regum Francię supradictorum quatuor.	576.
		SANCTVS REMIGIVS.	
26.	576.	Interfuit Concil. Matiscon. sub. Ioanne III. Pontifice maximo, Gontrãno Rege, sub Priscoarchiepiscopo. Lugdunensi	587.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Lugdunensi & Eusebio Matisconensi Antistite: eius tempore pars maxima vrbis Bit. igne cõflagrauit, teste d. Greg. Turonens. lib. 6. Histo. c. 39. Sedit annis 12. temporibus Benedicti 1. & Pelagij 2. Rom. pp. Iustin. Iunioris Tyberij & Mauricii Impp. Regum Franciæ supradictorum. De eo scripsit Aymonius Monachus de gestis Francorum lib. 3. cap. 55.	
		SANCTVS SVLPICIVS.	
7.	587.	Cognomento seuerus successit Remigio temporibus Guntrami Regis anno Domini 587. vt testatur Gregorius Turonensis historiæ lib. 6. cap. 39. subscripsitque cum multis aliis Episcopis sanctitate conspicuis, Concilio Matisconensi 2. quod 11. Calendas Nouembris anni 588. indictũ, & celebrari cœptum fuit. Huic alii cognomen Seueri, alii Pii imponunt. Baronius in Annalibus Ecclesiasticis, & notis ad Martyrologium Romanum existimat hunc Pium cognominatũ fuisse, licet Surius in vita eius, quam descripsit Tomo 1. & tabulæ Ecclesiæ Biturícẽsis, in quibus nomina Archiepiscoporum ordine describuntur, vnde Democharis seriem Archiepiscoporum excerpsit, aliter censeant; argumentum ducit ex præfati Gregorij & Concilij Matisconensis authoritate, quod celebratum fuit anno 24. Guntrami Regis. At his in locis nulla Pij, vel Seueri habetur distinctio, sed tantùm Sulpicij mentio: opinio Baronij manauit ex eo quod	594.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		censuit alterum Sulpicium quem ordine 31. Archiepiscopum Bituricensem ponemus, eum ipsum fuisse qui temporibus Theodosij senioris, & eius filij Honorij Imperatoris vixit, & ad quem S. Paulinus Nolanus Episcopus scripsit, primâ ordine positam Epistolam vehemẽter admiratus, susceptum ab eo vitæ institutum: Sulpicius autem de quo agimus migrauit ex hac vita anno Domini 594. teste Aimonio lib. 4. cap. 16. ipse est annus 16. Childeberti Regis, quo eum obiisse autor est idem Gregorius lib. 10. cap. 26. habuit successorem Eustachium. Sic necessariò concludendũ quod scripsit Gregorius Turonẽsis supradicto loco accipiendũ esse, nõ de Sulpicio Pio, cum vita functus sit anno 640. longè post dictum Gregorium Turonensem qui anno 595. vel secundum quosdam authores, anno 600. migrauit è vita, sed de Sulpicio Seuero vicesimo septimo Archiepiscopo Bituricensi, qui Ecclesiam rexit annis 7. & obiit 4. Cal. Februarii anno 594. hunc etiam alium fuisse à Seuero illo Sulpicio S. Martini discipulo, eiusque vitæ scriptore, ex hoc constat, quod ille Presbyter Aquitanicæ Prouinciæ simpliciter à Gennadio Massilienſi Collega eius atque gentili, & Mariano apud D. Hieronymum dicitur: tum etiam quod Millenariorum fuerit opinionis, vt Hieron. in Ezechiel. 36. & etiam in extrema senectute, Pelagianorum labe fœdatus fuerit, qua de re pœnitens, silentiũ vsque ad mortem tenuit. Nihil autem	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		huiusmodi de Sulpicio cognomento Seuero apud quempiam legitur: Quinimo, nobilitate generis, sanctitate morum, ac eruditione à Gunthramo Rege apud Greg. Turon. plurimum commendatur. Hæc eodem li. 6. hist. c. 39. S. inquit, Remigius Bit. Episcopus obiit: *post quem Sulpicius in ipsa vrbe ad Sacerdotium Gunthramo Rege fauente præelegitur. Nam cum multi munera offerrent, hæc Rex Episcopatum quærentibus, fertur respondisse. Non est principatus nostri consuetudo, Sacerdotium venundare sub pretio.* * *nec vestrum, illud præmiis comparare, ne & nos turpis lucri infamia notemur, & vos Simoni Mago compareminì: sed iuxta Dei præscientiam Sulpicius nobis erit Episcopus: Est enim vir valde nobilis, & de primis Senatoribus Galliarum in literis bene eruditus Rhetoricis, in metricis vero artibus nulli secundus.* Notandum ex Gennadio, quod ille proprio nomine Seuerus, cognomẽto verò Sulpicius: Noster autem de quo hîc agitur, proprio nomine Sulpicius, cognomine verò Seuerus dictus sit. Vide Baronij Annales sub anno 431. num. 190. tomo 5.	
		SANCTVS EVSTACHIVS.	
28.	596.	Augustodunensis Ecclesiæ Diaconus, Bituricensis Ecclesiæ Præsul electus, eandem rexit, annis 12. obiitque diem extremum pridie Cal. Ian. 607. Temp. Greg. Magni Rom. Pontif. Mauricij & Phocæ Imp. Regũ Fran-	607.

* *Vide quæ declectione Simplicij 25. Episcopi dictum est.*

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anno à Christo.		Anni obitus.
		ciæ Guntrami, Clotharij 2. & Childeberti. Vide Greg. Turon. lib. 10. Hist. c. 26.	
		SANCTVS APOLLINARIS.	
29.	607.	Sedit annis 9. eiusque corpus iacet in dicta Ecclesia sancti Austregisilli de Castro, obiit 3. Non. Octobr. 615. Temp. Bonifacij Papæ: Regum Franciæ Clotharij II. Theodeberti, & Theoderici.	615.
		SANCTVS AVSTREGISILLVS.	
30.	615.	Biturices Monachus Ordinis D. Benedicti, & Abbas sancti Nicetij Lugduni, frater sancti Arigij Niuernensis 12. Episcopi, ad quem dirigitur Canon in ea distinct. 100. huius corpus quiescit in Ecclesia in eius nomẽ & honorẽ, dicata in qua festiuus dies priuilegiis celebratur quotannis 20. Maii, quam primo Simplicius cõstruxit, sed Austregisillus ampliauit tum reditibus, tum etiam multis priuilegiis. Sedit autem annis 12. quemadmodum ab Angelo ei fuerat prædictũ, & floruit tẽporib. Bonifacii 5. & Honorii PP. Imp. Heracleti, & Theodorici: Theodeberti, & Clotharii II. Franciæ Regum: de eo Aymonius li. 4. cap. 2. de Gestis Francorum, Sigibertus, & Guillelmus de Nangis, & Petrus de Natalibus lib. 5. cap. 25. Arnoldus Vuion lib. 2. Ligni vitæ cap. 9.	623.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.	SANCTVS SVLPICIVS.	Anni obitus.
31.	628.	Cognomento Pius oppido Vatinensi * in prouincia Bituricensi claris & nobilibus parentibus ortus: Pius dictus, quòd etsi aulam Regis Clotharii 2o. sequeretur, dum laïcus esset, Regumque aulæ præsertim Episcopis, & Abbatibus sint perniciabiles, vnde illud. *Paucos beauit aula, plures perdidit, Sed, & hos quoque ipsos quos beauit, perdidit.* Sed & illud Alani Cartelarii, Regis Caroli VII. Secretarii, *en son Curial. Curia dat curas, ergo si tu bene curas Viuere securè, non sit tibi Curia curæ: Curia curarum genitrix, nutrixq; malorũ, Iniustis iustos inhonestis, æquat honestos.* Tamen magnam nauabat operam in constructendis Monasteriis, basilicis à fundamento nouis ædificandis, dirutis verò instaurandis, subleuandisque miseris, pauperibus Eleemosynis conferendis, & carceratis ex carcerũ squalore liberandis: vnde Monachus Ordinis sancti Benedicti factus, eius eius fama lõgè latèq; diffusa, Austregesillus Bituricẽsis Antistes obtinuit à Clotario II. vt liceret Sulpicio in Ecclesia docendi officium exercere, videbat enim ob singularem doctrinam & sanctimoniam multos ad eum confluere, cui Rex annuit, postmodũ Imperio prędicti Clotharii, Abbas Monasterij sancti Benedicti, quod ipse Rex fundauerat & constructerat, extra muros vrbis, in loco in quo erat	640.

* Vatan.

Numerus Archiep. | Anni a Christo. | Anni obitus.

sacellum B. Mariæ de Naui dictum, factus est. At suggerentibus quibusdam, Clotharius Rex petiit ab Austregesillo, vt pro sua & exercitus sui salute permitteret Sulpicium in ipsius Castris, Abbatis fungi officio, quod obtinuit, indeque à Tritennio Abbas Aulicus dicitur, vbi Regem morbo grauissimo laborãtem, 7. die rum oratione & ieiunio, sanitati restituit. Nam eo tempore ita pii erant Galliæ Reges, vt non solum diuersa Monasteria construerent & dotarẽt, sed etiam Religiosos secum ad prælia cum Abbate ducerent Dei orandi die noctequè gratia, vt bene & fœliciter omnia ipsis succederent; testis est Vincentius Beluacensis lib. 24. historiar. cap. 55. & 59. referens S. Eutichium in tanto amore apud Regem Ludouicum Pium habitum, vt intra palatium, Monasterium ei constrúi curauerit, & Guillelmus Archiepiscopus Tyrensis lib. 9. cap. 9. de Bello sacro, loquens de Godofredo Bullione. *Cum* (inquit) *ad bellum sacrum proficisceretur, secum adduxit Godofredus, peregrinationẽ ingressurus, de claustris bene disciplinatis, Monachos, viros religiosos, & sancta conuersatione insignes, qui toto itinere horis diurnis & nocturnis, Ecclesiastico more, diuina illi ministrabant officia. Quos postquam Regnum * adeptus est, iuxta eorum postulationem in valle Iosaphat locauit, amplissimumque loco, eorũ gratia, contulit patrimonium.* Cæterum ter Sancti Sulpicij Monasterium cum Ecclesia funditùs euersum fuit, primo à Normanis circa annum

* Hierosolimitanum.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Domini 868. secundo ab Anglis anno 1410. qui postea à Iohanna *Darc* Lotharinga, e Gallia expulsi sunt. Tertio temporibus Caroli 9. anno 1562. ab Hæreticis vrbe capta, funditus euersum: qua tempestate templorum omnium vrbis Bituricensis altaria & Sanctorum imagines, nec non sacræ reliquiæ, vasa & ornamenta sacris vsibus destinata, & cõsecrata, impuris manibus polluuntur & diripiũtur, cuius euersionis & ruinæ qui sequuntur versus in prædicti Monasterii Cartulario descripti sunt.	
		Regia Sulpicij dudum moderata Deorum *Numine structa olim, procubuitque domus.* *Anglia cùm primum totum metuenda teneret,* *Francorum regnum diruit illa domum.* *Post furor horrendus denuò prostrauit erectam* *Normanum. Vigilans in meliora dedit.* *Allabatus statuta pater pietate refulgens,* *Florescens tandem, concidit ipsa manu.* *Noster, agens Regni secundum, Carolus, annum,* *Causa mali & cadis heu Bituriga tuæ.*	
		In hoc autem tẽplo quiescebat corpus S. Sulpicij, in quo pluribus miraculis sanctitas eius denotabatur, à Religiosis magna diligentia conseruatũ, quẽadmodũ in humanis degẽs semel ab ædibus suis; semel ab horreo quodam, iterùm semel à cœnobio, sacratũ Virginum edaces ignium flammas, obiecto signo crucis abegerat. Huius virtus & sanctimonia ita omnibus, & maximè Reginæ Clotharij Regis	

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		vxori probatæ erant, vt defuncto S. Austregisillo, Episcopatui præpositus fuerit; & cum id munus, sanctè & strenuè, obiret, maiori signorum copia illustratus est. In conuersione Iudæorũ tantum profecit, vt nullum relinqueret, qui non ab ipso baptismatis sacro lauacro tingeretur. Sedit annis 13. tẽporibus Honorii & Seuerini SS. Paparum; Heraclii Imperatoris, Regũ Frãciæ Clotharij 2. & Dagoberti. Obiit 16. Cal. Februarii 640. De quo scripsit multa Petrus de Natalibus li. 2. cap. 86. Vincentius Beluacensis lib. 24. Hist. cap. 27. Tritemius lib. cap. 55. Non omittendum ab anno 1612. reuersos fuisse Religiosos in antiquũ Monasterium 7. Maii, quod immensis sumptibus in pristinum statum restitui singulis diebus curant.	
		VVLFEODVS aliàs VVLFOLENTVS.	
[illegible]	641.	S. Sulpicius cùm ingraueſcente ætate oneri sufficere non posse existimasset, Vvlfolentum virum ex Primoribus regionis accuratè instructũ Archiepiscopum designauit, qui floruit temporibus Ioannis 4. Theodori 1. Martini 1. Eugenii 11. & Viteliani 1. SS. PP. Imperat. Heracliano & Constante: Et in Francia Dagoberti magni & Clodouei 2. Rexit Ecclesiam 20. annis Obiit 4. Calendas Ianuarii.	661.
		ADO aliàs ALDVS.	
33.	661.	Ecclesiam Bitur. 21. annis & sex mensibus rexit, Obiit 8. Idus Octob.	682.

682

Numerus Archiep	Anni à Christo.		Anni obitus.
		682. tempore Viteliani, Adeodati, Donini, & Agathonis ff. PP. Imp. Constantis & Constantini 3. & Clodouei 2. Franciæ Regis.	
		AGOSENVS aliàs ADOLENVS.	
34.	682.	Rexit Ecclesiam 14. annis. Vita functus est anno 14. sui Pontif. 11. Cal. Nouemb tempore Agathonis, Leonis 11. Benedicti 11. Ioannis v. Cononis & Sergij ff. PP. Imper. verò Constantini 111. & Iustiniani: Regum Franciæ Theodorici & Clodouei 111. & Childeberti.	696.
		ROCHVS.	
35.	696.	Vir apprime nobilis in Aula Regis educatus fuit, is in obsequium functis beatæ Eustadiolæ fundatricis & Abbatissæ Medij Monasterij, sicut & Prioratus sancti Pauli in suburbiis siti, & ab Hæreticis anno 1562. funditus euersi, in quo corpus prædictæ Beatæ iacebat. Sedit annis 40. temp. Sergij 1. Leonis 111. Ioan. vi. Ioan. vii. Zosimi, Constãtini, Greg. 11. & Greg. 111. ff. PP. Imp. Leonis 111. Tyber. Philippi Bardani, Anasta. Theodos. 111. & Leonis 1v. Franc. Regum Childeberti, Clodouei 1v. Cloth. 1v. Chilperici & Theodorici 11.	736.
		SIGINVS.	
36.	736.	Sedit annis 24 temp. Greg. Zacha. Stephani 11. & Pauli *1.* PP. Ro. Imp. verò Leonis *111.* & Constant. Regum	760.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.	Franciæ Childerici III. & Pipini. Huius Præsulis corpus colitur in Abbatiali Ecclesia sancti Ambrosij Bituricensis tunc temporis constructa extra muros vrbis, in loco qui Brisiacus dicebatur, quęque quæ postea à Normanis anno 868. diruta fuit, sed anno 1012. Gaufrido Vicecomite Bituricęsi reædificata, & Monachis hinc inde dispersis R. Petrus à Castra Bitur. Archiep. Canonicos Regulares Ordinis sancti Augustini constituit anno 1151.	Anni obitus.
		LANDOARIVS.	
37.	760.	Aliàs Landarius, sedit an. 4. temp. Pauli I. Pont. Imp, suprad. Constantini: Reg. verò Pipini.	764.
		DEODATVS.	
38.	764.	Sedit an. 9. præsidentib. Romæ Paulo I. & Stephano III. & Adriano: Imp. Constãtino hæretico, & regnantib. Pipino, & Carolo Magno.	775.
		SEGOLENVS.	
39.	773.	Sedit annis 5. sub iisdem Adriano Pont. Max. Constantino Imp. & Carolo Magno Rege Franciæ.	778.
		SANCTVS DAVID.	
40.	778.	30. sui Pontificatus anno vita functus est: Sedit temp. Adriani I. & Leonis 3. Rom. pont. Imp. Leonis & Hyrenis cum filio Constantino: Regis verò Galliæ Caroli Magni, qui	808.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		noſtri pontificis conſilio & præcibus, Monaſterium puellarum in memoriã D. Laurentij Biturig. conſtruxit & dotauit, quod ab Aymonio tribuitur Ludouico pio, De Geſtis Franc. lib. 5. cap. 3. ibique ſepultus eſt præſul noſter.	
		BERLAMVS.	
41.	808.	Sedit ann. 12. temp. Leonis 3. Stephani 4. & paſchalis 1. Rom. pont. Imperat. Caroli Magni, & Ludouici pij.	820.
		ERMENARIVS.	
42.	820.	Sedit annis 7. tempore paſchalis, Eugenij 2. & Valentini Rom. pontif. Regis verò Franciæ necnon Imperatoris Ludouici pij.	827.
		SANCTVS STEPHANVS.	
43.	827.	Is interfuit conuentui totius Cleri Eccleſiæ Gallicanæ habito Aquiſgrani, iuſſu Ludouici pii Imp. ſedit annis 8. temp. Greg. 4. papæ, & dicti Ludouici pii Imp. & Regis Franciæ. Obiit Idib. Ianu. 835. Quieſcit verò in Eccleſia ſancti Auſtregiſilli de Caſtro, & ibidem piè colitur.	835.
		ERMEMBERTVS.	
44.	835.	Sedit annis 5. & tribus diebus: mortuus eſt 9. Calend. Iunii 840. quo etiam die & anno migrauit ex hoc mundo Ludouicus pius pontif. Rom. Greg. 4. qui anno 835. in vniuerſali	840.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Ecclesia festum Omnium Sanctorum Cal. Nouemb. (vti Romæ obseruabatur) celebrari constituit.	
		EBROINVS.	
45.	840.	Sedit tantùm triginta dieb. sub prædict. Pont.	840.
		SANCTVS AIGVLPHVS.	
46.	840.	Aliàs Arilphus, primò cùm esset Monachus Ordinis sancti Benedicti, deinde Hæremita, electus fuit in Pōt. Bit. Eccl. Sedit per annum & aliquot menses, temp. Greg. 4. S. pont. Imp. Lotharii Regis Francor. Caroli Calui: Quiescit in Ecclesia parrochiali vulgò dicta *sainct Aouſt*, Diœcesi. Bitur. Huius festum celebratur 11. Iunii in prædicta parrochiali Ecclesia. Arnold. Vuion. lib. 2. Ligni vitæ, cap. 19. de Archiepisc. Bit. & Belleforest Historiographus.	842.
		SANCTVS RODVLFVS.	
47.	842.	Monachus Ordinis S. Bened. & Abbas S. Medardi Suessionensis, postea Bituric. Archiepiscopus Primas & Patriarcha. electus, fundator Abbatiæ de Virzione eiusdem ordinis huius diocesis. Interfuit Cōcilio Tullensi celebrato anno D. 859. in quo secundus Galliarum Metropolitanus, hoc est post Archiep. Lugdunensem annumeratur. Sedit an. 25. temp. Sergij 2. Leonis 4. Ioan. Anglici, Benedicti & Nicolai, qui ad eum scripsit	867.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Chriſto.		Anni obitus.
		quæ leguntur in can. Præterea, diſt. 23. & in can. Conqueſt 9 q 3. In quo agitur de Primatia Archiepiſcopi Biturícēſi (quem, idem Nicolaus Summus Pontifex, Patriarcham appellat) ſuper Archiepiſcopum Narbonenſem, ex quo loco conſ. ludendum eſt, Archiepiſcopum Bituricenſem Primatem eſſe Aquitaniarum, ita etiam hoc teſtante Yuone Epiſcopo Carnotenſi Epiſto. 59. 133 & 238. ad Ioannem Lugdunenſem Archiepiſcopum ſcriptis. vide etiam Can. interfectores 33. quæſt. 2. can. Porro, de conſecrat. diſt. 1. & in can. de his 39. q. 1. Eius corpus quieſcit in Eccleſia. S. Viſini: & cuius feſtum celebratur 11. Cal. Iunij: tunc temporis Lotharius 1 & poſt eum Ludouic. 2. Imperium: Regnum verò Francorum Carolus cognomento Caluus moderabantur, qui quidem priuilegia & libertates Monaſterii S. Sulpicii Bituricenſis, Regum fundationis, videlicet Clotarii 2. Clodouei eius filii, & Caroli Magni cōfirmauit charta data VII Calend. Octobris anno 17. indictione 13. id eſt anno 858. Rodulphi Archiep. tempore, de quo ſcripſit Arnoldus Vvion lib. 2. cap. 19. Tritemius lib 3 cap. 211. & lib. 4. cap 85. Eo tempore ex Monaſteriis præcipue Ordinis Sancti Benedicti docti viri religioſi ad Eccleſiarum Cathedralium regimen eligebantur, nam in eis bonæ artes docebantur ait Euſebius lib. 5. Hiſto. cap. 10. itaut ſi impuberes ex Clero, primæ ætatis annos in luxuria agerent; Monaſteriis deputarentur,	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo		Anni obitus.
		quo vagãtes animi & superbi fæuerio-ri regulæ restringerẽtur, vt est in Canone omnis ætas 12.q.1.	
		SANCTVS VVLPHADVS.	
48.	867.	Anno 1. eius Pontificatus interfuit Synodo authoritate Nicolai PP. Trecis habito *867.* eiq; prædictus Nicolaus vsum Pallii concessit ad decus Ecclesiæ sibi commissæ. Sedit ann. 9. & diebus 12. temporibus Nicolai 1. Adriani 2. & Ioan. Rom. pp. Imp. Ludouici 2. Regis Franciæ Caroli Calui. Excessit è viuis pridie Calẽ. April. 876. & quieſcit eius corpus in Monasterio S. Laurentii. Tempore Pontificatus ipsius, tragifera Normanorum irruptio sese intra Biturigũ fines immisit circa annum Domini 868. quæ postquam ciuitatem Bit. depopulata est, celeberrimum S. Sulpicii Monasterium funditus euertit sicut longè antè D. Iacobus heremita prædixerat, vt patet ex legenda eius quæ est in Ecclesia Parrochiali Capellæ d'Angilon (cuius est, Patronus) quæ Capella antiquitus vocabatur *Sarceau* forte à verbo *Sacellum*: dicta *d'Angilon* à Guillone de Soliaco Domino prædictæ Capellæ & des *Aiz d'Angilon*.	876.
		FROTARIVS.	
49.	876.	Primò fuit Burdegalensis, deinde pictauien. postremò Bituric. Antistes. Tandem iussu Ioann. 8. rediit ad pictauos 7. Idus. Septemb. 878. vt au-	879.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		thor est cap. 33. Gaguinus li. 5. Cõpendii cap. 33. & Aymonius lib. 5. de gestis Frãc. cap. 33. Flodoardus in vita Tucronis Remẽsis Archiepiscopi scripsit Frotarium fuisse apud Adrianum 3. pp. per quem dam suæ Diœcesis Monachum, & in super pallio donatum fuisse à prædicto summo põtifice. Sedit autem annis 3. & dieb. 14. Sepultus est in Abbatia D. Cypriani pictauí, cuius operâ fuerat ædificata.	
		ADACIVS.	
50.	879.	Sedit ann. 19. mensib. 8. & diebus 7. & post eius mortem vacauit sedes 4. mensib. Sedit autem temp. Ioann. 8. Martini 2. Adriani 3. Formosi & Bonifacii 6. Rom. pp. Imp. Caroli cognomento Grossi, & Arnulphi: Regum Franciæ verò Ludouici Balbi, Ludouici, & Carlonis Ludouici Balbi ex scorto filiorum: Item Ludouici & Odonis primi.	898.
		MADALBERTVS.	
51.	898.	51. Præsul Ecclesiæ Bituricen. Sedit ann. 3. mensib. 8. dieb. 10. temporib. Stephani, & Romani Theodori 3. & Ioan. 9. Romani Theodori 3. & Ioan. 9. Rom. pp. Arnulphi Imperat. & Caroli Simplicis Gallorum Reg. 5. vacauit sedes 4. mensib. Subscripsit testamento Vvilelmi cognomento Pii Aruernorum Comitis & Ducis Aquitanorum, Monasterii Cluniacensis fundatoris, & Ingelbertæ eius vxoris, Biturigibus publice facto, his ver-	903.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		bis *P. Madalbertus peccator Bituricens. Archiepiscopus* de constructione cluniacensis loci, vt discitur ex Bibliotheca Cluniacensi nuper impressa parisiis fol.105.	
		GERONTIVS aliàs GERONDVS.	
52.	903.	Sedit an. 40. temporib. Bened. 4. Leonis 9. Christophori, Sergii 3. Anastasii 3. Laudonis, Ioann. 10. Leonis 6 Stephani 7. Ioan. 11. Leonis 7. & Stephani 8. Rom. PP. Impp. verò Arnulphi, Ludouici 3. Conradi, Henrici 1. & Reg. Franciæ Caroli Simplicis huius nominis 3. Radulphi & Ludouici 4. Geruntii pontificatus anno 23. & Caroli Regis Regni anno 20. Ebbo Bituricensium princeps, Monasterium Dolense fundauit in honorem B. Mariæ Virginis & SS. Petri & Pauli sub regimine Bernonis Abbatis, assensu Vvilelmi Comitis Bituricensis eius fratris maioris natu, charta in Bituricа ciuitate data per manus Gerlamni Diaconi ad vicem Cancellarii, iussu Vvuilelmi prædicti principis, 4. Nonas Septembris anno 20. Regni Caroli Regis, id est anno 920. cui chartæ (quam vidi) subscripserunt inter alios Ebbo, Hildegardis eius vxor, prædictus Vvillelmus Comes & Geruntius: In hæc verba, *Geruntius S. Bituricensis Ecclesiæ peccator Archiepiscopus*, Turpius Episcopus Læmouicensis, Armoldus Episcopus Aruernensis: Ecclesiam prædicti Monasterii, Vrbanus 2. ad Gallias veniens in Castro Dolensi, dedicauit circa annũ 1114. vt Author est	943

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		est Bernardus Guidonis: postea integrauit filius eius Rodulphus (author vrbis Castri Radulphi) vbi magnam cohortem Monachorum congregauit regulariter degentium; Ebone patre occiso cum Geruntio Archiep. in expeditione contra Normanos, anno 949. in qua Ludouicus 4. Vltramarinus dictus, captus fuit, vt discitur ex historia manu scripta Dolensi.	
		LAVNO.	
53.	943	Nepos Geruntij, Præsul hic cum esset Archidiaconus Maior Ecclesiæ Bitur. eiusdem Archiepiscopus electus est, frater erat Ebbonis Dolensis Principis. Sedit an. 7. temp. PP. Stephani 8. Martini 3. & Agapiti 2. Othonis Imp. & Ludouici 4. Regis Fráciæ. Obiit 7. Cal. Iunij 950.	950.
		RICHARDVS.	
54.	950.	Sedit annis 9. temp. Agapiti 2. & Ioan. 12. Othonis Imp. Regum Franciæ Ludouici 4. & Lotharij. obiit. 13. Cal. Decemb. 959.	959.
		HVGO.	
55.	959.	Richardi nepos, de eo in Appendice Gregorij Archiepiscopi Turonensis, de Episcopis Turonensibus sic legitur, *Hugo Odonis Comitis Campanensis filius, qui postea Bituricensis Primatu sublimatus.* Rectius meo iudicio Pithoeus 9. I. C. Parisiensis in Historia Comitum Campaniæ asserit Hugonẽ	984.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		noſtrum filium fuiſſe Theobaldi Comitis Carnotenſis. Idque antiquis monumentis & tabulis Eccleſiæ anni 942. probat. Sedit autem annis 25. obiit Cal. Ian. 984. atque poſt eius obitum vacauit ſedes tribus annis. Tũc temporis præerant Romæ Ioan. 12. Benedict. 5. Leo 8. Io. 13. Bened. 6. Donus 2. Bonif. 7. Benedic. 7. Imperãtib. Othone 1. & Othone 2. regnante autem in Francia Lothario, Ludouici 4. filio.	
		SANCTVS DAGBERTVS.	
56.	984.	Sedit annis 25. menſibus 8. Rom. PP. temporib. Ioannis 14. Ioan. 15. S. Gregorij, 5. Sylueſtri 2. Ioan. 18. Ioan. 19. Sergij 4. & Benedicti 8. Imperat. Othonis 3. & Henrici 2. Franciæ Regum, Ludouici 5. Hugonis, Capeti, & Roberti 1. Obiit 15. Cal. Martij 1013. & ſepelitur in Eccleſia S. Auſtregiſilli ad leuam ingredientem baſilicæ chorum, cuius ſepulcrũ à mulieribus habendæ prolis cauſa viſitatur. Eo inſtante Eccleſiæ ſiue Monaſteria ſancti Petri Puellarum, & B. Mariæ de Salis in collegiatas Eccleſias conuerſæ, & Canonici in eis conſtituti fuerunt Gaufrido Biturigum Vicecomite annuente, & Roberto Rege, anno 1012. Eodem etiam ſedẽte à prædicto Gaufrido Eccleſia ſancti Ambroſij Canonicorum Regularium à Normanis deuaſtata, reædificata fuit. Poſt S. Dabberti obitum, vacauit Sedes 3. menſibus.	1013.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.	GAVZLINVS.	Anni obitus.
57.	1103.	Alias Vvalzlenus filius naturalis Hugonis Capeti Franciæ Regis. primò Religiosus Ordinis sancti Benedicti Monasterij Floriacensis vulgo S. Benedicti super Ligerim. Deinde Abbas, postmodum electus Archiepiscopus Bituric. Ecclesiæ. De eo Helgaudus scripsit in vita Roberti Regis eiusdem Capeti filius: Rexit Ecclesiam Bituric. ann. 17. mensibus 5. & diebus 7. temporib. SS. PP. Bened. 8. Ioan. 20. Imperio Henrici 2. Conradi 2. Regis Franciæ d. Roberti. Obiit 13. Cal. Decembris 1030. vacauit Sedes 3. mensibus. Vuion supradicto loco.	1030.
		AYMO.	
58.	1030.	Regio Francorum genere oriũdus (erat enim filius illustrissimi Principis Archambaldi, huius nominis 3. Comitis Borbonienſis, & frater Archambaldi eius nominis 4. Comitis) Pontificatus anno 2. Aymonis id est 1032. Concilium Prouinciale conuocauit in vrbe Læmouicensi, cui subscripsit; simul & Ranconus Aruernẽsis, Episcopus, Iourdanus Læmouicensis, Stephanus Anicienſis; Ragamundus Mimatensis, Æmilius Albienſis, Deus dedit Caturcẽnſis, aliud etiam Concilium Prouinciale Biturigibus, in quo Abbati & Religiosis S. Sulpicij cessit & donauit debitum Synodorum, atque paratas ex omnibus Ecclesiis Parrochialibus ad ipsũ	1071.

Digitized by Google

Numerus Archiep. | Anno à Christo. | Anni obitus.

Monasterium pertinentibus, Charta data in prædicto Concilio signata S. Aymonis, Sacerdotum vltimi, S. Rãconi Decani Ecclesiæ Bituricensis, & Episcopi Claromontensis, S. Hugonis Niuernẽsis Episcopi, S. Durandi Cœpiscopi; S. Archambaldi Comitis, S. Gaufridi Vicecomitis, *S.* Odonis Dolensis, S. Radulphi filij Odonis, S. Ebbonis nepotis, *S.* Odonis militis de Castroluensi, S. Humbaldi, militis de Haya. In eadem Charta fit mentio similium exemptionum Dagberti & Vvalsieni Archiepisc. Is dum Archiepiscopatum Burdigalensem visitaret authoritate Primatiali, consecrauit Monasterium *S.* Frontonis in vrbe Petracoricensi anno 1047. vt in veteri Membrana eiusdem Ecclesiæ legi anno 1615. quam mihi RR. Franciscus *de la Beraudiere* Episcopus Petracoricensis benevolè communicauit, cum essem Petragori. Huius etiam *P*ontificatus tempore, videlicet anno 1051. Leo IX. *PP.* Episcopos Auicienses seu de *P*odio * à Metropolitani Bituricensis iurisdictione exemit, pallijque dignitate donauit, Baronius Tomo II. Annal. quæ *P*riuilegia, & exẽptiones *P*aschalis secundus *PP.* Bulla *P*ontio Auicienſi Episcopo 37. directa, data Laterani VIII. Calend. Aprilis in dict. XIII. Incarnat. Dominicæ anno M. C V. *P*ontificatus VI. confirmauit his verbis. *Manſuro in perpetuum Decreto ſancimus, vt tam tu, quam tui deinceps ſucceſſores, nulli præter Romanũ Metropolitano ſubiecti ſint, & omnes qui tibi in eadem ſede ſucceſſuri ſunt, per ma-*

* *Le Puy ou le Peu en Velay.*

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		num Romani Pontificis tanquam speciales Romanæ sedis suffraganei, consecrentur, & pallij vsum intra Ecclesiam tãtùm ad Missarum solemnia certis solemnibus diebus in Bulla nominatis: De iure & honore pallij vide distinct. 100. *Sedit autem Aymo noster annis* 41. *mensibus* 5. *totidem diebus. Temporibus Romanorum Pontificum* Ioannis 20. Benedicti 9. Silvestri 3. Gregorii 6. Clementis 2. Damasij 2 Leonis 9. Benedicti 10. Nicolai 2. & Alexandri 2. Imperatorum Conradi 2. & Henrici 4. Regum vero Franciæ supra dicti Roberti Henrici 2. & *Philippi* 1. Obiit nonis Iunii anno 1071. Quod autem Præsul noster fuerit filius prædicti Archambaldi 3. & frater Archambaldi 34. Comitum Bourbonensium, constat, Charta fundationis ab Archambaldo 3. factæ anno 1028. his verbis. *Ego Archambaldus & vxor mea Ermengardis, * & filij nostri, Archambaldus, & Albinus & Gerardus quoque, & Aymo, pro redemptione animarum nostrarum, & omnium peccatorum nostrorum remissione, donamus Deo & SS. Apostolis Petro & Paulo quamdam nostri iuris Capellam, sitam inter duos pagos Aruernensem & Augustodunensem &c.* & infra. *S. Archambaudi & vxoris Ermengardis & filij eiusdem nominis scilicet Archambaldus & Albinus, Gerardus quoque, & Aymo, qui hanc chartam fieri iusserunt & firmari rogauerunt.* Quo tẽpore Aymo nondum erat Præsul. sed anno 1048. quo Archambaldus 4. eius frater donauit Ecclesiæ Bituricensi, Ecclesiam quandam donatione eius	

* *Familia de Sully ideoque Aymo de Sully à quibusdam nũcupatur.*

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.	tenoris. *Anno ab incarnatione, D. 1048. Ego Archambaldus Borbonenſium Comes compunctus timore Dei &c. ex bona volũtate mea ego & frater meus Albinus reddimus Deo & B. Vrſino Archipræſuli Bituric. Eccleſiam in eius honorem dicatam &c.* & infra : *Hæc reſtitutio in tempore Leonis Summi Pontificis S. R. Eccleſiæ regnante in Gallia Henrico 2. Rege: Aymone etiam Præſule Bituricenſis Eccleſiæ: & Archambaldus Comes qui hanc chartã fieri iuſſit propriiſque manibus firmauit, & Aymo Præſul frater eius; & Albinus frater eius.* Has chartas accepi à D.N. Couſino in ſede Preſidiali Bourbonẽ ſi Conſiliario, & Bourbonenſium Comitum & Ducum Hiſtoriæ ſcientiſſimo, à quo hiſtoriam integram breui ſperamus, faxit Deus.	Anni obitus.
		RICHARDVS.	
59.	1071.	Huius nominis ſecundus apud Senonas conſecratur in ſolemni Paſchę feſto 9. Cal. Maij anno 1071. Sedit 21. annis temp. Rom. PP. Alexand. 2. Grego. 7. Victoris 3. & Vrbani 2. Imperat. Henrici 4. Regis vero Francorum Philippi. Erat Monaſteriorum acerrimus defenſor & protector, & ideo fertur ædificaſſe, & maximis reditibus dotaſſe Monaſterium Plenipedenſe ordinis S. Auguſtini. Diuo Martino dicatum, in quo extremum clauſit diem. 5. Cal. Maij 1092. Eius corpus ſepultum eſt in eadem Eccleſia Plenipedenſi. Poſt cuius obitum vacauit ſedes Archiepiſcopalis per annum fere, non omittẽdum Paſcha-	1092.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		lem 2. PP. quicquid Richardus Aldebertus & Leodegarius eius successores Ecclesiæ Plenipedensi concesserant; confirmasse, Bulla subdata. Datum Laterani XVIII. Calēd. Maij anno M.C.X. Pontificatus anno XI. Sed & innocentius 2. Bulla VII. Cal. Iunij 1135. Pontif. anno VI. eamque ab omnibus iuribus ab omni exactione tam Ecclesiasticarum, quam etiā sæcularium personarum liberauit, salua tamen Bituricensi Ecclesiæ debita Iustitiæ & reuerentia. Idem Adrianus 4. XIIII. Calend. Maij anno 1148. quas Bullas D. Io. *Detholet* Abbas, & Ecclesiæ Bituricēsis Canonicus mihi communicauit. Cæterum Gregorius VII. PP. Richardum nostrum, & Richerium Senonensem Archiepiscopum Iudices constituit mense Octobri 1077. causæ Rainerij Episcopi Aurelianensis cognoscendæ, eumque contumacem declarant nisi se purget criminibus. Baronius Annal. sub eodem papa. post eius obitum vacauit sedes ferè per annum.	
		ALDEBERTVS.	
60.	879.	Vrbanum 2. PP. Lemouicum cum multis aliis Prælatis comitatus est, anno 1094. Religiosus Ordinis sancti Benedicti: deinde Abbas Dolensis Monasterij, eiusdem Ordinis * tādem Archiepiscopus elatus, multa bona largitus est Monasterio plenipedensi à suo predecessore constructo. Sedit annis 4. mensibus 8. diebus 16. temporibus Romanorū pontificum, Vr-	1098.

* Dol-

Numerus Archiep.	Anni à Christo.	bani 2. Imperat. Henrici 4. Francorum Regis, philippi 1.	Anni obitus.
		LEODEGARIVS.	
61.	1098.	Sedit annis 22 mensib. 8. dieb. 12. temp. Rom. *PP.* Vrbani 2 *Paschalis* 2. Gelasii 2. & Calix. 2. Imperat. Henrici 5. Regum verò Franciæ *Philippi* 1. & Ludouici 6. cognomento Grossi: fertur dedisse cuilibet Canonico *Bit.* Ecclesiæ in die S. *Penthecostes* residenti ad Matutinas, sex libras annuas ceræ nouæ. Anno 1113. cõfirmauit & ratam habuit cessionem Ecclesiarum Varacensis, S. Martini & S. Germani, factam per Guillelmum Episcopum Caturcensem in fauorem Abbatis & Conuentus Tutellensis in inferiore Lemouicensi, quæ Abbatia postea erecta est in Sedem Episcopalem à Ioanne XXII. papa, anno 1318. Huius tempore Monasterium Casalis Benedicti in diœcesi Bituricen. Ordinis S. Bened. ædificatũ, & dotatum fuit, authore primo Venerabili patre Andrea, antea Monacho Vallis Vmbrosæ in Italia, qui facto primum tugurio intra syluã quandã quercubus & fagi densissimam, adiutus ope quorũdam Principum, & deuotorum fidelium, Basilicam Deo auxiliante consumauit, quam in honorem B. Virginis Mariæ, ac SS. Apostolorum *Petri* & *Pauli* solemniter dedicauit *Pontifex* noster: & eundem *Patrem* Andream in Abbatem primum confirmauit, & benedixit, in cuius memoriam *Patres* Casalis Benedicti Capellam nominis	1120.

S.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		S. Leodegarii, iuxta Arnonem fluuiũ ædificarunt: ad eum scripsit Yuo Episcopus Carnotensis Epistolam 90. & 177. Obiit II. Calend. April. 1120. quo etiam anno obiit prædictus pater Andreas.	
		VVLGRINVS.	
62	1120.	Sedit annis 15. dieb 16. temp. Rom. PP. Calixti 2. Henrici 2. & Innocent. 2. Imp. Henrici 5. & Lotharii 2. Regis Frãc. dicti Ludouici 6. Obiit 6. Id Ianuarii 1136. Iacet in choro Eccles. Bituricensis.	1136.
		ALBERICVS.	
63.	1136	Sedit ann. 2. mensib. 9. Temp. Innocen. 2. Rom. P. Lotharii 2. & Conrardi 3. Imperat. Ludouicĩ Grossi, & Ludouici Iunioris Regum Franc. Iacet eius corpus ante maius altare insignis Basilicæ Monasterii Loci Regii; * in eius tumulo hoc Epitaphium inscriptum est.	1183.
		Hic Albericus requiescit Bituricorum Primas magnificus, modo maior in arce polorum:	* *Laureyi.*
		Huius meminit Vincentius Beluacen. in Speculo. lib. 78. cap. 16. & Robertus Abbas de Monte in Additionib. ad Sigibertum ad annum 1139. Post eius obitum vacauit Sedes Archiepiscopatus per annum & menses 3.	

Numerus Archiep.	Anni à Christo.	PETRVS à CASTRA.	Anni obitus.
64.	1141.	Ex nobili Castreiorum familia & ex Castello à Castra in agro Bituricēsi ortus, ab Innocētio 2. summo Pontifice (cui amantissimus erat) ad sacros ordines in Romana Ecclesia promotus ab eodem ad Bituricensis Ecclesiæ regimen destinatus, Biturigas missus est, sola Pontificali authoritate sede vacante, per obitum Alberici. At refragāte Rege Ludouico 7. quod sine eius assensu ordinatus; & ab eodē Innocentio consecratus fuerat; in Ciuitatem minime recipitur, cui fauens Theobaldus Campaniæ & Briæ Comes, inde Rex rapta occasione Vitriacum Campaniæ oppidum, impotenti ira diruit, & templum præcipuum M.D. vtriusque sexus, & cuiusque ætatis ad aras confugientibus incendit. * At tandem sceleris pœnitentia ductus D. Bernardi Claræ-Vallensis Abbatis consilio, anno 1144 sedatus fuit, & venerabilis sanctus Petrus Cluniacensis Abbas eundem Regem conciliauit, sanctissimo Papæ, simulque Petro à Castra præsuli, vt idem Abbas scripsit Epist. lib. 4 Epist. 3. cui præsuli nostro postea rex fauēs, prauam consuetudinem abrogauit, Diplomate suo, anno 1159. quæ antea talis inualuerat, vt in obitu Archiepiscopi, domus Archiepiscopales bonis omnibus spoliarentur à ministris Regis, eoque colore non tantum quæ ad Archiepiscopum pertinebant, sed & quæ Ecclesiæ vsui perpetuò desti-	1171.

* *Guillelmus de Nangis. Baronius Ann. Tomo 12. sub ann. 1141 1142. Robertus Abbas de Monte, ad annum 1141. Paulus Æmilius, in vita Ludouici 7.*

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		nata erant, subſtrahebant: quaſquidem domos ſui Epiſcopatus antea minus Eccleſiæ dignitati ſufficientes proprio ſumptu & impenſa idem Petrus ampliauerat: contra huiuſmodi conſuetudinem peruerſam & execrabilem aduerſus tales expilatores, poſt obitum Epiſcopi ad Auxitanos Epiſcopos & Clerum ſcripſit Leo papa II. anno 1051. Epiſtolam, quæ extat integra apud Baronium, Tomo XI. Annal. ſub ann. 1051. Non autem omittendum eſt præſulem noſtrum	
		Archiepiſcopatum multis reditibus auxiſſe. Nam Caroliam * cum Eccleſia, item Caſtellum de Nauis * cum aliis multis domaniis dedit, Eccleſiam etiam Cathedralem variis & pretioſis ornamẽtis decorauit, Canonicos regulares in Cœnobium D. Ambroſii introduxit. Prouinciam Burdigalenſem iure Primatiæ viſitauit cruce præuia, & procurationes recepit: in huius fauorem Eugenius 3. confirmauit Primatum ſuper duas Prouincias videlicet Bituricenſem & Burdigalenſem, ſimul & vſum pallii ſibi & ſucceſſoribus ſuis Bulla ſub datũ trans Tyberin ib. Martii anno D. 1145. Pontificatus anno 2. conceſſit temporibus Romanorum Pontificum Innocentii 2. Cœleſtini 2. Lucii 2. Eugenii 3. Anaſtaſii 4. Adriani 4. & Alexãdri 3 Imperatorum Conradi 2. & Frederici 1. Regis Franciæ Ludouici Iunioris 7. obiit Calendis Maii 1171. Iacet in choro Cathedralis Eccleſiæ ſub lamina ænea ſibi, & Simoni de Solia co communi in qua hoc deſcriptum	

* *Chabris en Berry.*

* *Nans en Bourbonnois.*

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.	extat Epitaphium.	Anni obitus.
		Clauditur hîc Primas stans nomine mente- *que Petrus* *De Castra; nomen facta latere negant:* *Maior honore suo fortuna fortis in omni* *Pertulit intrepidus, damna pericla mi-* *nas:* *Oppida, templa domus, quorum structura* *superbit.* *Authorem facient inueterata nouum.* *Reddituum duplicans numerum via in-* *uris asylum* *Pauperis exemplar religionis erat.* *Vltima Primati Maÿ lux prima prioris* *Vitæ meta fuit, principiumque nouæ.*	
		Anno D. 1171. in clauſtris Abbatiæ de Nigro lacu ordinis Ciſtercienſis, huius dioceſis; quæ ſequuntur Epitaphia inſcripta ſunt, cum inſignibus familiæ de Caſtra, vnius crucis.	
		Hic iacent nobiles perſonæ Rodulphus de Caſtra miles ſenior, & Domina Oda eius vxor, animæ eorum requieſcant in pace.	
		Hic iacet nobilis perſonæ Rodulphus de Caſtra Iunior, qui obiit anno D. 1200. anima eius requieſcat in pace.	
		Ex ea nobili Caſtreorum familia habemus Claudiũ à Caſtra vtriuſque militiæ Equitem, olim Prouinciæ Turonenſis & Blæſenſis Proregem, nunc verò Bituricenſis Prouinciæ, & Miſſum Dominicum, atque etiam Aureliarum Rectorem, Franciæque Marechallum, Mœcenatem meum, quem longo, ſeruet Deus Optimus, æuo, 1612.	

Numerus Archiep.	Anni à Chriſto.	STEPHANVS.	Anni obitus.
65.	1171.	Ex Abbate Dolenſi, Archiepiſcopus Bituricenſis & Primas Aquitaniæ electus fuit. Sedit annis 2 & diebus 13. impetrauit à Ludouico Iuniore Francorum Rege immunitatem clauſtris Eccleſiæ Bit. ab omni laïci poteſtate: Claruit. temp. Rom. Pont. Alex. 3. Imperat. Frederici 1. Regis Francorum Ludouici 7. Obiit Idi. Feb. 1173. & poſt eius obitum vacauit ſedes 2. annis & 9. menſ.	1173.
		GVARINVS de GIRARDO.	
66.	1174.	Tertius Pontiniaci Abbas Ordinis Ciſtercienſis tam religione clarus quam genere, ad Archiepiſcopatum Bituricenſem prouectus anno 1174. Interfuit Concilio Lateranenſi ſub Alexãdro 3. Romæ habito anno 1180. cui ſubſcripſit: reduxit numerũ præbendarum in Eccleſia Bituricenſi ad trigeſimum de conſenſu Humbaldi Decani anno 1178. permiſitque Canonicis Eccleſiæ Medij Monaſterij (qui antea tanquam Religioſi, vnà ſimul viuebant, vt & cæteri Canonici aliarum Eccleſiarum (quæ omnes erant Monaſteria Cathedrali exceptа) ſeparatim ederent: Viſitauit etiam Prouinciam Burdegalenſem iure Primatiæ, & procurationem accepit, ac iuriſdictionem ibi exercuit: Sedit temp. Rom. Pont. Alexand. 3. Imp. Frederici 1. Regis Franciæ Ludouici Iunioris. Obiit 16. Calend. April. 1181.	1181.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Nec omittendum existimo R. P. Iacobum *Du-Breuil*, Monachum sancti Germani à Pratis in antiquitatibus vrbis Parisinæ, inter Epitaphia Abbatiæ S. Victoris in suburbiis, quod sequitur inseruisse.	
		Hic iacet R. P. Dominus Stephanus, qui natus Parisij, ex Episcopo Meldensi, Bituricensis Primas factus est. Obyt anno 1181. pridiè Idus Ianuarij.	
		Hunc tamen non inuenio inter Archiepiscopos nostros in manuscriptis Codicibus Ecclesiæ Cathedralis. Vnde suspicor eum forte electũ fuisse, non cõfirmatum, nec possessionem adeptum. Ideoque è numero Pontificum nostrorum excidisse, atq; ideò dicitur sedem Archiepiscopalem vacasse tribus fere annis, & interea Guillelmum Burdegalensem Archiepiscopum, sede vacante, à Capitulo vocatum, vt subiectum ratione Primatialis dignitatis, Biturigas venisse, ibique sacros ordines celebrasse, testãte Monacho Altissiodorensi in Chronologia, Abbatem de Monte ad annum 1181. & Guillelmo de Nangis.	
		HENRICVS DE SOLIACO.	
67.	1183.	Alias de Borbonio, Aimonis 58. Archiep. Bituricensis nepos. Odonis de Sully Episcopi Parisiensis, & Gillonis de Sully (qui nomẽ dedit Cappellæ Dangillon, Dan pro Dompno frater. Sedit ann. 17. temp. Ro. Pont. Lucij 3. Vrbani 3. (à quo Rom. Eccl. Card. creatus fuit.) Gregorij 8. Clem. 3. Cœlestini 3. & Innoc. 3. Imperatorum	1200.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Frederici 1. Henrici 6. Regis vero Francorum Philippi 2.) cuius erat cõsanguinæus.) Hic etiam Burdegalensem Prouinciam visitauit, & præsente prædicto Guillel. Archiep. Burd. Xantonensem Cathed. Ecclesiam dedicauit, & procurationem ab Episcopo accepit: vnde reuersus multa contulit bona tam Ecclesiæ Cathedrali Bituric. quàm aliis suæ diœcesis. Obiit 3. Id. Septem. 1200. sepultus in d. Abbatia Loci Regij, quam tenuerat, super cuius tumulo hoc legitur Epitaphium:	
		Hic locus Henricus vir nobilis & Patriarcha, *Quondam Bituricus, tumuli iacet huius in archa.*	
		Huius meminit idem Abbas de Monte, & de Nangis. Petrus Blæsensis epist. 126.	
		SANCTVS GVILLELMVS.	
68.	1200.	Ex Comitum Niuernensium familia ortus, nobilis genere sed nobilior virtute, vitæ sanctitate & charitate erga pauperes mirificè præluxit, adhuc iuuenis, auunculo suo Suessionensi Archidiacono à parentibus traditur moribus & litteris informandus; Canonicus parisiensis & Suessionensis fuit; at increscente ætate monasticam vitam professus est, & primo religionis Grandimontensis ordinis S. Benedicti, sed cũ arctiorem religionem & ordinem sequi desideraret, ad Cisterciensem in Pontiniaco Cœnobio se transtulit, in	1209.

Numerus Archiep.	Anni à Christo		Anni obitus.
		quo statim prior communi fratrum	
		suffragio electus est, fama verò religionis suæ magis ac magis in crescente, factus est Abbas Fontis Ioannis	
a *Fontaine Iean.*		a in diœcesi Senonensi, ac demum	
		Caroli loci b tãdem ob merita Archiepiscopus Ecclesiæ Bituricẽsis electus	
b *Charlieu.*		est, S. Spiritu inspirante inter Missarũ	
		solemnia, iugis manabãt ipsius oculi	
		lachrymis, anno 1207. S. Benedicti	
c *S. Benoist sur Loire.*		c corpus ab antiquo humili loco prope	
		terram repositum in Ecclesia Floriacensi super Ligerim cum Senonensi	
		Archiepiscopo & pluribus Episcopis,	
		astante maxima Abbatum, cleri, plebisque multitudine, & cum maxima	
		celebritate super maius altare, prout	
		decebat, transtulit ad postulationem	
		Guarimni & Conuentus: susceptiordinis obseruãtiam nec habitum mutauit, nũquam carnes etiam infirmus	
		comedit, & cum contra Hæreticos	
		Albigẽses ire decreuisset, propositum	
		iter aggressus, ęgritudine tangitur, ex	
		qua intra quinque dies moritur anno	
		1209. hunc Honorius III. papa post	
		debitam vitæ & miraculorum inquisitionem, Sanctorum Cathalogo adscripsit an. 1218. Sedit annis 8. mensibus 10. & diebus 25. temporibus Romanorum PP. Innocentij 3. Imperatorum Philippi 2. Regum Franciæ,	
		Philippi Augusti. Eius festũ celebratur Biturigibus 4. Id. Ianuarij, de eo	
		multa Guillelmus de Nangis, & Vincentius Bellouacensis in speculo Historiali. Robertus Altissiodorensis in	
		Chronico & Appendice sed & extat	
		eius vita apud Surium, S. Vrsinus, S.	
		Stephanus,	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anno à Christo		Anni obitus.
		Stephanus, & S. Guillelmus, sunt tutelares Biturigũ Præsides. Eius commemoratio celebratur in Ecclesia Mimatensi quotannis, die 10. Ianuarij.	

GERARDVS.

69.	1209.	Siue Girardus Vulgrini priùs Canonicus deinde Archiepiscopus Bituricensis electus, anno 1. Pontificatus, reduxit numerum Præbendarum Ecclesiæ B. Mariæ de Salis ad 12 & anno 1215. crucem assumpsit contra Hæreticos Albienses (vt de eo in hæc verba narrat historia Albigensium, cap. 83. authore Petro Cœnobij Vallis Sarnensis Monacho.) *Interea Simon Comes Montisfortis Castra quæ apostauerat, ipso anno* fortiter oppugnabat: venerant autem in eius auxilium Girardus Archiepiscopus Bituricensis, & Robertus * Episcopus viri potentes, qui anno præcedenti crucem assumpserant contra turbatores pacis & fidei subuersores: & venerũt cum eis milites, & seruientes quam plures.* Inde reuersus Archiepiscopus videns multa miracula fieri in sepulchro Guillelmi sui prædecessoris, Romam petiit, acturus apud Summum Pontificem, vt idem Guillelmus, in numerum Sanctorum referretur, quod obtinuit, & Biturigas reuersus, sacratissimum B. Guillelmi corpus è sinu terræ leuauit Nonis Maij 1217. & sequẽti anno S. Girardus, Nonis Iulij. Obiit Pontificatus sui anno 9. mens. 3. & dieb. 13. temporibus Romani Pontificis, Innocentij 3. & Honorij 3. Imp.	1218.

* 1216.

* de la Tour 61. Aeuernorum Epis.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.	Othonis 4. & Friderici 2. Regis Frãc. Philippi 2. & post eius obitum vacauit sedes sex mensibus.	Anni obitus.
		SYMO DE SOLIACO.	
61.	1098.	Priùs Cantor dictæ Ecclesiæ, nepos Henrici 67. Archiepiscopi. Ab Honorio 3. PP. Legatus ad Philippum 2 cognomento Augustum missus est, vt eum inuitaret & hortaretur ad subsidium terræ sanctæ, & anno 1220. à Gregorio 9. Presbyter Cardinalis Tit. S. Cæciliæ, & Legatus in toto regno Franciæ, & partibus trãsmarinis, cum amplissima potestate creatus est. Cõstituit etiam vt de cætero Cãtor dict. Bit. Eccl. esset prior S. Pet. Puellarum, cum collatione præbendarum. Hæreticos Albigenses à Comite Tholosano adiutos cum pluribus aliis prælatis, & proceribus debellauit. Sedit annis 14. temporibus Romanorum Pontificum Honorij 3. Gregorij 9. Imperatorum Frederici 2. Regum Franciæ, Philippi 2. Ludouici 8. & Ludouici 9. Obiit 6. Idus Sextil. ann. 1233 Quieſcit eius corpus sub lamina ænea sibi & Petro à Castra, in Choro Ecclesiæ communi, in qua extat huiusmodi Epitaphium. *Exuperans hæreſes Simon, en in Præſule Præſul* *Orator caſtus, patiens, ſine crimine faſtus,* *Deuotus Chriſto, tumulo requieſcit in iſto,* *Bis ſexcentos octo quater egerat annos,* *Chriſti homo, cũ ſexto Sextilis euolat Idus.* Post eius obitũ vacauit sedes tribus annis, de eo Guillel. de Nangis multa.	1233.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Hic opportune de veteri controuersia Primatus Aquitaniæ dicendũ, quæ sæpius in Curia Romana agitata fuit inter Archiepiscopum Bituricẽsem & Burdegalensem vtroque dicente se esse Primatem Aquitaniarũ, Bituricensem ; Nam vti diximus in Prœmio huius operis, Bituriges duplices sunt, cognomentis distincti, qui locantur in Aquitania à Plinio lib. 4. cap. 19. Bituriges Auaricenses qui & Bituriges Cubi appellantur, & Bituriges Burdegalenses qui Vibici seu Viuisci. Verùm ius illud Primatiæ Aquitaniarum esse penes Archiepiscopum Bituricensem antiquitus colligitur ex Yuonis Episcopi Carnotensis Decretorum parte 5. cap. 56. & Epistola 133. & 238. vbi Rodulphus Biturigum Antistes à Nicolao Papa (qui anno 858. sedebat) Aquitaniarum primas & Patriarcha renunciatur, diplomate suo ab ipso authore relato in can. conquestus 9. quæst. 3. ex quo Guillelmus Brito Philipp. 12. *Necnon Bituricus, Turono cum Præsule, Primas* Aquitaniæ primatem fuisse testatur Otho Frisingensis lib. 6. cap. 3. qui circa annum 1130. scripsit. *Tribus*, inquit, *his Galliæ tres Primates præesse volunt, Belgicæ Trenerensem: Aquitaniæ Bituricensem: tertiæ Lugdunensem.* Sed lõge antea Sulpicius pius 31. Episcopus tẽporibus Clotharij & Dagoberti Patriarcha nominatus est. Legimus in veteri Mẽbrana Ecclesiæ S. Frontonis Petracoricensis, eo iure vsum fuisse Aymonem de Borbonio 55. præsulem Bituric. dum prouinciam Burdegalẽ-	

Digitized by Google

Numerus Archiep. | Anni à Christo. | Anni obitus.

sem visitaret anno 1047. & Monasterium S. Frontonis dedicasse & consecrasse. Hæc autem controuersia extincta censebatur tempore Eugenij 3. papæ, qui rescripto dato trans Tyberim, anno 2. pontificatus, ideſt, anno 1145. petro à Castra tunc præsule Bituricensi cõfirmauerat primatum super prædictas duas prouincias Bituricensem, & Burdegalensem cuius rescripti tenor sequitur.

Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili fratri Petro Bituricensi Archiepiscopo eiusque successoribus canonicè substituendis I.N.P.P.M. Officij nostri nos hortatur authoritas pro Ecclesiarũ statu paternam solicitudinem gerere, & earum quieti ac paci auxiliante Domino salubriter prouidere. Iustum namque est vt dignitatem, Ecclesiæ vel personis, Apostolicæ sedis libertate, concessam, nos quoque authore Deo firmam & inuiolabilem conseruemus. Tuam ergo frater in Christo Carissime Petre Archiepiscope deuotionẽ circa nos & circa sanctam Romanam Ecclesiam, cuius specialis filius es, & in qua sacros Ordines suscepisse dignosceris, attendẽtes nobilem Bituricensem Ecclesiam, cui Deo authore præsides sub B. Petri & nostra protect.one. suscipimus & præsentis scripti priuilegio communimus. Præsentis itaque priuilegij pagina confirmamus, vt super duas prouincias videlicet super ipsã Bituricensem, & super Burdegalensem Primatum obtineas, sicut hactenus obtinuisse dignosceris. Diœceses verò illas quæ intra eamdem Prouinciam Bituricensem sitæ sunt, in tua tuorumque successorum potestate ac subiectione perſistere constitui-

Numerus Archiep.	Anni à Chriſto.		Anni obitus.
		mus, videlicet Claromontenſem, Lemouicenſem, Ruthenenſem, Albigenſem, Cadurcenſem & Mimatenſem: Et ipſarum Ciuitatum Epiſcopi ipſam Bituricenſem Eccleſiam Matrẽ & Magiſtram recognoſcant, atque tibi tuiſque ſucceſſoribus, tanquam proprio Metropolitano obedientiam ac reuerentiam humiliter exhibeant. Porro tibi tuiſque ſucceſſoribus vſum pallij confirmamus, atque ad maiorem reuerentiam per ſupradictas Prouincias vexillum Dominicæ Crucis ante vos deferri concedimus, ſicut etiam antiqua prædeceſſorum veſtrorum conſuetudo obtinuit. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona impræſentiarum iuſtè & canonicè poſſides, aut in futurum liberalite Regum & largitione Principum oblatione fidelium &c. Decernimus ergo vt nulli omnino hominũ liceat eamdem Eccleſiam, vel perſonam tuam temere perturbare aut poſſeſſiones ſeu bona veſtra aufferre, vel ablata retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: Sed omnia integra conſeruentur, veſtris ac pauperum Chriſti vſibus omnimodis profutura, ſalua Sedis Apoſtolicæ authoritate. Si qua tibi in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisue perſona huius noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentauerit, ſecundo tertiove commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque dignitate careat, reumque ſe diuino iud cio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ iuſta, ſeruantibus ſit pax	

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant Amen. Datum trans Tyberim per manum Roberti S. R. E. Presbyteri Cardinalis & Cancellarij Idibus Martij indictione 9. Incarnationis Dominicæ anno 1145. Pontificatus nostri Domini Eugenij III. P. P. anno 2.	

Vt & Adrianus, anno 4. pontificatus, id est anno 1154. & Lucius 3. Bulla anni 1183. tempore Henrici de Soliaco Archiepiscopi Bituricensis, quem Guillelmus 2. Burdegalensis Archiepiscopus à Capitulo Bituricensi euocatus, consecrauit, quiq; statim post consecrationem, prouinciam Burdegalensem visitās, præsente & assistente prædicto Guillelmo, Xanctonēsem Ecclesiam dedicauit, & procurationes ab Episcopis iure primatiæ recepit; nihilominus cùm Primas noster Symo Concilium prouinciale conuocasset Biturigibus, & Archiepiscopus Burdegalensis vocatus, adesse cōtempsisset, eum de consilio Suffraganeorū ab Officio Metropolitano suspendit, cumque ille, Romanum pontificem Innocentium 3. appellasset, pendente lite Rex Philippus 2. Augustus, prædicto summo Pontifici scripsit pro confirmatione iuris Primatiæ Archiepiscopi Bituricēsis, vt patet ex hac quæ sequitur Epistola, quam è Regestris Ecclesiæ Bituricensis deprompsimus.

Sanctissimo in Christo Patri ac Domino Innocentio Dei gratia summo Pontifici. Philippus eadem gratia Francorum

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Rex salutem & debitam in Christo reuerentiam.	
		Ecclesia Bituricensis licet sit tenuis in facultatibus inter alias tamen regni nostri Ecclesias existit nobilior, cùm (sicut vestra plenius nouit paternitas) Primatiæ obtineat dignitatem, cuius honorē nostrum & regni nostri proprium reputamus. Cùm igitur Burdegalensis Archiepiscopus prædecessorum suorum non sequens vestigia se adeo obedientem, & deuotum Ecclesiæ Bituricensi exhibere non velit, sicut ijdem prædecessores eius fecisse noscuntur, paternitatem vestram cum quanta possumus deuotione, rogamus quatenus ius Bituricensis Ecclesiæ intuitu Dei, & præcum vestrarum obtentu conseruare velitis, nec sustineatis quod tantus honor regni nostri circa hæc in aliquo minuatur, cùm sola Bituricensis Ecclesia in toto regno nostro Patriarchatus obtineat dignitatem, in cuius diminutione, (quod Deus auertat) nobis & regno nostro non mediocriter reputaremus esse detractum. Actum Parisijs, anno Domini 1210. *mense Maio.* Huius Epistolæ exemplar authenticum à Clero Bituricensi in Archiuis Ecclesiæ Bituricensis conseruatur. Tandem prædictus Innocentius 3. auditis partibus sententiam tulit cōtra Archiepiscopum Burdegalensem, vt constat rescriptis suis annorū 1213. 1214. 1216. huius tenoris.	
		Innocentius &c. Bituricensi Archiepiscopo S. &c. Diligenter auditis, & perspicaciter intellectis quæ tu. & d. f. Amancus Procurator Ven. fratris nostri Burdigalēsis Archiepiscopi corā nobis proponere voluisti super sententia quam authoritate	

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Primatiæ in eumdem Archiepiſcopum promulgaſti, ſuſpendo ipſum ab Officio Metropolitanæ dignitatis, pro eo quod ad tuũ vocatus Concilium accedere non curauit, nec pro ſe aliquem idoneum deſtinare: De communi fratrum noſtrorum conſilio ſententiam ipſam ratam habemus, & vſque ad ſatisfactionem idoneam, præcipimus obſeruari; hoc ad cautelam expreſſo, quod lis coram nobis non de Primatia ſed de ſententia extitit ventilata. Nulli ergo &c. Datum Lateran. 16. Cal Iunÿ Pontif. noſtri anno 15. alterum.	
		Innocentius &c. Credentes igitur ad ſatisfactionem ſufficere competentem pro prædicta ſententia relaxanda, vt memoratus Archiepiſcopus per ſe ipſum aut alium virum idoneum ad tuam accedat præſentiam, relaxationem eiuſdem ſententiæ humiliter petiturus, promiſſurus firmiter ſub ſuarum, ſi neceſſe fuerit, teſtimonio litterarum quod ad tuum Concilium vocatus accedet, facturus, quod de iure fuerit faciendum fraternitate &c.	
		Tertium quo Epiſcopus Burdigalenſis prouinciæ ſcribit inter alia.	
		Sententiam relaxauimus, memoratam firmam promiſsionem recipientes à Burdegalenſi Archiepiſcopo, quod vocatus accedet ad Bituricenſe Concilium, facturus quæ de iure fuerunt facienda. Datum 8. Idus Iunÿ Pontificis ſui anno 16.	
		Quibuſquidem Reſcriptis, cùm Archiepiſcopus Burdegalenſis ſtare cõtempſiſſet, iterũ in ius vocatus ab Archiepiſcopo Bituricenſi ambo Romam petierunt, vbi Burdegalenſis quibuſcumque potuit dilationibus, & tergiuerſationibus vſus eſt, vt conſtat	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		stat ex cap. vlt. de Maiorit. & obedientia: cap. vlt. de dilationibus, & cap. vlt. de dolo & contumacia ext. Quam tandem controuersiam idem Pontifex temperauit dissidiumque composuit anno 1240. statuens, vt liceret Archiepiscopo Bituricensi de septennio in septennium per quinquaginta dies Prouinciam Burdegalensem visitare, & procurationes recipere. Quod secutus est S. Philippus	
71.		Archiepiscopus Bituricensis, qui tanquam Primas Aquitaniarum septennium post, id est, anno 1242. Burdegalenses visitauit, & à Pictauiensi Ecclesia incipere proponens, mãdatu commonuit Archiepiscopum Burdegalensem; vt non modo se præpararet, eius aduentui, sed identidem ad Comprouinciales Episcopos scriberet; Lœtus Archiepiscopus ad Philippum Primatem ita rescripsit.	

Venerabili in Christo patri ac speciali amico suo Philippo Bituricensi Archiepiscopo Primati Aquitaniæ, G. Diuina gratia Burdegalensis Archiepiscopus salutem, &c. Vestras nuper litteras benignè recepimus & deuotè: Nos verò quæ rogastis & postulastis facere præparauimus, domino properante, disponentes vos & vestros in omnibus honorare; custodiat personam vestram Dominus in corpore & animæ sospitate. Datum anno Domini M. C. XLVII. *in mense Octobri, in festo Apostolorum Simonis & Iudæ.* Hinc forte orta dissentione super iure sessionis seu prælationis inter Henricum d'*Auangour* 86. Præsulem Bituricensem, & præsulem Burdegalensem in

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		conuentu seu conceſſu Principum & Prælatorum Auarici Biturigum habito, anno 1433. in quo Rex Carolus VII. quædam Capita Decreti Concilij Basilienſis approbauit, quæ in Pragmatica Sanctione continentur: prædictus Rex pro Bituricēſi Archiepiſcopo iudicauit, & pronunciauit à dextero latere (quòd dignius eſt) eum ſedere: Burdegalēſem verò à ſiniſtro, vti in Annalibus Franciæ Nicolaus Ægidius ſcripſit, idque propter eminentiorem Primatialem & Patriarchalem dignitatem: ſine qua Rex habuiſſet rationem ordinationum in ſe lendo, cum in Conciliis prouincialibus & conuentibus Prælatorum, habenda ſit ratio temporis ordinationis, non dignitatis ex Concilio Cabillonenſi, & aliis relatis ab Yuone Epiſcopo Carnotenſi. * Sed vt de iure vel etiam origine Primatiæ ſeu Patriarchatus, quod pleriſque idem eſt, & ſonat, licet ſint diuerſa nomina Can. Prouinciæ 99. diſtinct. quædam dicamus, ſciēdum eſt, quemadmodum & veteri teſtamēto Moyſes & Aaron primi fuerant Sacerdotes, ita in Romana ſede, tanquam ſuprema à Chriſto domino Petrum Apoſtolum fuiſſe conſtitutum cum eminentia poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, & pariter inter cæteros Apoſtolos quandam fuiſſe diſcretionem, vt patet ex Epiſtola 3. Anacleti Pontificis Romani, ex cuius etiam Epiſtola 2. (ex qua deſumptus canon. Prouinciæ 99. diſt.) colligitur Prouincias multo ante Chriſti aduentum tempore diuiſas	

* *Decret. part. 3. cap. 166.*

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		fuisse maxima ex parte: & ex eodem Anacleto refertur, crescēte Christianorum multitudine ab ipsis Apostolis & B. Clemente primatum Metropolitanorum & Episcoporum institutionem ac distributionem ita fuisse ordinatas, vt in vna quaque totius prouinciæ primaria ciuitate, vbi primates legis sæculi erant, & prima iudiciaria potestas, in eadē, patriarchas collocarint. In ciuitatibus Metropolitanis, quæ maiores iudices haberēt, (licet minores Comitibus essent) Metropolitanos, in aliis verò præcipuis vrbibus Episcopos, hanc tamen distributionem soli D. Petro tribuit, idem S. Clemens papa, Epistola ad S. Iacobum fratrem domini, quem inibi vocat Episcopum, Episcoporum, relata in Cano. in illis distinct. 89. quia constitutus esset Archiepiscopus Hierosolymitanus ab ipso Petro, Ioanne, & Iacobo Apostolis, vt scribit idē Anacletus d. Epistol. 2. Nam vbi vt refert idem S. Clemens apud Ethnicos Archiflamines atque primi legis doctores erant, ibi B. Petrus Episcoporum Primates posuit & Patriarchas ordinauit, qui reliquorum Episcoporum iudicia & maiora negotia in fide agitarent. In illis verò Ciuitatibus in quibus dudum apud prædictos erant Archiflamines; (quos tamen Minores tenebant quàm memoratos Primates) Archiepiscopos instituí præcepit, qui non Primatūm sed Archiepiscoporum fruerentur munere, & eadem Episcoporum iudicia, vel etiā maiora Ecclesiarum negotia, si ipsi	

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		reclamauerint ad iam dictos Patriarchas vel Primates transferrent. Quod ab ipsis Clemente & Anacleto statutum pariter testatur, Yuo Carnotensis Epistola 238. Sed quamuis vetus illa Ecclesiastica politia, tanquam à Ciuilium Magistratuum ordine mutata, eidem, vt iam dictum est, aliquatenus responderet, non tamen semper factum, vt in quibus vrbibus essent huiusmodi Archiflamines, flamines, vel etiam Præfecti, Presides, aut alij similes Magistratus, in iisdem Patriarcharum, Primatûm, Metropolitanorum, vel etiam Episcoporum sedes constituerentur, cùm certum sit, præcipue sub Ecclesiæ persecutionibus, eius Pontifices ita fortunam sequutos vt modò dignitate aucti, modo imminuti viderentur. Et quod magis notandum, sunt non pauci authores, qui huiusmodi Prouinciarum distributiones siue Patriarcharum & Metropolitanorum constitutiones tribui debere putauerunt primæ Synodo Nicenæ, anno Christi 325. cùm tamen ipsa Synodus ordinem tantùm inter summos Patriarchas, Primates & Metropolitanos ita secreuerit, vt inposterum fines ac termini cuique fuerint assignati, & certum sit huiusmodi distributiones constitutas, temporibus Apostolorum, ad instar Prouinciarum quæ olim simplices erant, donec pleræque Principum nutu diuisionem sortitæ sunt. Hinc orta cognomina vt aliæ primæ, aliæ secundæ, quandoque & tertiæ vt in nostra hac Gallia, Aquitaniæ	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Chriſto.		Anni obitus.
		quæ tres fuerunt. Prima cuius caput Bituriges eſt Cuborum dicta, vt ſuprà, ſecunda quæ Burdigala Vibiſcorum dicta, tertia quæ Auguſta Auſcorum ſeu Nouempopulania. Sed diuiſis Prouinciis, pars illa, primæ nomẽ obtinuit, cui Metropolis obtigit, quæ totius Prouinciæ ante huiuſmodi diuiſionem caput erat; Μητρόπολις enim à Strabone qui floruit ſub Auguſto Cæſare, vſurpata fuit pro præcipua vrbe, & vt ita dicam capitali cuiuſquam regionis: Inde etiam Primatũ origo cùm primarum Prouinciarum primates eſſent, reliquarum huius nominis prouinciarum: Sic Viennam ad Rhodanum ſitam Metropolim Allobrogum appellat, ſic Lugdunẽſis Archiepiſcopus quatuor Lugdunenſium primas eſt; At Biturigum primatus de quo ſuprà, etiam colligitur ex eo quod apud Gallos ab ineunte Chriſtianiſmo inſuper omnes ſpirituali poteſtate præſiderent, qui ante Chriſti aduentum ſummam rerum tenebant, ibique foret ſedes patriarchalis ſeu primatialis, vbi exiterat ordinandi ſeu conſtituendi Regis poteſtas principalis, quodquidem euenit Biturigis Auarici, ſiquidem Titus Liuius (quem ante Saluatoris noſtri natiuitatem Romæ claruiſſe tradidit Euſebius) ſcripſit lib. 5. Decad. 1. priſco Tarquinio Romæ regnante Celtarum, id eſt, Aquitanorum (vt hodie interpretari oportere docuit Cuiacius ad capit. vltimum de dolo & contumacia extra) quæ pars Galliæ tertia erat, penes Biturigis ſummam	

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
a lib. 1. c. 6.		Imperij fuisse & Regem Celtico dedisse, & Anonymus author vitæ S. Genulphi[a] quæ extat in Bibliotheca Floriacensi, Auaricum dixit caput Regni Aquitanici cùm de Vvifredo, Bituricensium Comite loquitur temporibus quibus Pipinus filius Ludouici Pij rempublicam gerebat Aquitaniæ, & de miraculis S. Benedicti[b] caput Regni Aquitanici in clade Romanorum proclamatur.	
b lib. 1. c. 33.			
		SANCTVS PHILIPPVS.	
71.	1236.	Berruerii Turonicus, prius Episcopus Aurelianensis Ecclesiæ, quam rexit annis 14. postea Archiepiscopus Bituricensis à Gregorio 9. creatur. Is anno Domini 1248. 7. Calend. Maij dedicauit Ecclesiam subterraneam S. Regiæ Capellæ Parisiensis in honorem gloriosissimæ Virginis genitricis Dei Mariæ, vti in pariete insculptum legi anno 1617. Eius corpus quiescit in choro dictæ Ecclesiæ Bituric. sub lamina ænea in qua extant sequentes versus. Obijt anno 1260.	1261.
		Mole sub hac lapidis sacrata sede sedentis *Philippi Bituris, ossa beata iacent,* *Clarus in orbe fuit, pauper sibi pauperibus* *altor,* *Carmen mire domãs assiduis precibus,* *Viuus humo iacens, medicamen præstitit* *ægris,* *Est sibi nunc crebris laurea pro meritis.*	
		Huius meminit de Nangis lib. de gestis Franc. Tempore pontificatus sui, videlicet anno 1239. Fratres Prædicatores in Ciuitatem Bituricensem ac-	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		ciuit, quibus Ecclesiam, & clausura ædificari curauit impensis Ducis Borbonij & anno 1252. In Vigilia Natiuitatis B. Ioannis Baptistæ ciuitas Bituricensis, sæuo conflagrauit incendio. Sedit annis 24. mensibus 4. temporibus Roman. Pontificum. Gregorij 9. Cœlestini 4. Innocentij 4. & Alexandri. 4. Imperatoris Frederici 2. & Ludouici 9. Regis Franciæ, cum quo crucem assumpsit contra Infideles anno 1246.	
		IOANNES de SOLIACO.	
72.	1261.	Nepos Symonis 70. Præsulis Archiepisc. electus fuit cùm esset Decanus Ecclesiæ Bituricensis qui fuit secundo anno post adeptam possessionem anno 1263. Concilium Prouinciale conuocauit in festo omnium Sanctorum: postea visitando Prouinciam Burdegal. 1265. Pictauiensem Ciuitatẽ cruce præuia intrauit. Sedit annis 11. mens. 8. Tempore Rom. Pont. Vrbani 4. Clementis 4. vacante imperio & regnante S. Ludouico & Philippo 3. Obiit 1273. post eius obitum vacauit sedes 3. annis & tot mensibus, quia licet Gaufridus de Ponte *Cheueron* Decanus Parisiensis electus fuerit Archiepiscopus Bituric. tamen cum vita functus sit antequã consecraretur, non adscribitur numero Bituricensium Præsulũ. De eo dictus de Nangis. In hoc autem interstitio, Patrum vniuersalis Synodus Lugduni habita est, præside Gregorio Summo pontifice 10. in qua de processione Spiritus san-	1273.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		ĉti cum Romana Ecclesia Græci conuenere. GAVFRIDVS DE PONTE-CHEVERON.	
		GVIDO de SOLIACO.	
73.	1276.	Ioannis consanguineus, Religiosus Ordinis Prædicatorum, præfuit Cœnobio Parisiensi, deinde Archiepiscopatui Bituric. Sedit annis 4 mens. 8. dieb. 20. tẽpore Rom. PP. Innocentij 5. Adriani 5. Ioannis 21. & Nicolai 3. Imp. Rodulphi & Regis Franciæ, Philippi 3. Obiit 3. Nonas Martij anno 1280. Iacet in Choro S. Dominici Bitur. ante maius altare, super cuius lapideum tumulum hæc scripta sunt. *Hic iacet frater Guido, nobilitatis speculum; cunctis exemplum fuit, in sæculo puer purus, in claustro morum grauitate maturus, lector vtilis, Prior amabilis, in dignitate Præsul humilis, benignus, omnibus largus muneribus, sibi parcus. Obijt anno* 1280. 3. *Nonas Martij* 9. *eiusdem mensis sepelitur.* Cuius meminerunt Ant. Florẽtino in Cronic. part. 3. tit. 23. cap. 11. § 1. & Leander Albertus lib. 3. de viris illustris Ordinis Prædicatorum. Post eius obitũ vacauit sedes fere per annum.	1280.
		SIMON DE BELLO-LOCO.	
74.	1282.	In Bria ex Carnotensi Archidiacono, ob eruditionem & morum probitatem electus Archiepiscopus Bituricensis, statim Concilium Prouinciale cõuocauitquod inaula S. Gilelmi celebratum fuit anno 1282. mense Septembri,	1296

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Septembri; quo peracto nec mora, visitauit Prouincias Bituric. & Burdigal. cruce præuia, Ecclesiam Claromontensem ingressus honorificè exceptus est, semper Conopæo tectus vsque ad maius altare, tandem postquam vice Legati summi Pontificis functus est in Gallia factus Episcopus Præsbyter Cardinalis Præuestinus à Cœlestino 5. Obiit 7. Calendas Septembris, anno 1296. Sedit annis 14. mens. 2. temp. Rom. Pontif. Martini 4. Honorij 4. Nicolai 4. & Celestini 5. Imperatoris, Rodulphi & Adolphi Reg. Franc. Philippi 3. & 4. Vide P. de Nangis.	
		ÆGIDIVS DE ROMA.	
75.	1296.	Siue Romanus ex illustri Columnensium Romanorum familia ortus, Ordinis Hæremitarum B. Augustini Religiosus, Philosophiæ & Theologiæ scientiis clarus, quarum vtraque nominis & æternitatem adeò conciliauit, vt totius Ordinis Generalis exiterit, & cùm Theologiam publicè in celebri Biturigum Academia profiteretur, Archiepiscopus Bituric. & totius Aquitaniæ Primas, maximo omnium eligentium applausu constituitur. Multa scripsit opera sacræ Theologiæ & Philosophiæ ad ædificationem Sanctæ matris Ecclesiæ, fundatissimus Doctor, etiam hodiè apud Sorbonistas per antonomasiam nũcupatur. Affuit Viennensi Concilio generali sub Clemente V. Papa, anno 1311. in quo Templariorum	1316.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Equitum ordine damnato, à Philippo 4. Pulchro nomine (cuius Præceptor fuerat) ædem & locum quem dicti Templarij habebant in Ciuitate Bituricensi petiit, quem cum obtinuisset, ibidem Fratres Hæremitas sancti Augustini circum ciuitatem in Syluis sparsos & solitariè viuētes collocauit, quibus ipse plurima bona contulit, & præsertim insignia ornamenta, anno 1487. grandi vrbis incendio perierunt. At licet in tanta dignitate constitutus fuisset, tamen ita ordinem suum adamauit. vt in extremo vitæ, Capellam suam, id est, ornamenta ad cultū diuinum spectantia, cōuentui vrbis Romanæ reliquerit, libros omnes maximi præcij cum corpore suo Conuentui Parisiis dimisit, sepultus in Ecclesia eiusdem Conuentus, in qua iuxta maius altare hoc insculptum est Epitaphium.	

Hic iacet aulamorum, vitæ munditia, Archiphilosophiæ Aristotelis perspicacissimus Commentator, Clauis & Doctor sacræ Theologiæ, lux in lucem reducens dubia. Frater Ægidius de Roma, Ordinis Fratrum Hæremitarum S. Augustini, Archiepiscopus Bituricensis, qui obijt anno Domini 1316. 22. Mensis Decembris.

Conuocauit Concilium Prouinciale Biturigibus ad diem Crastinum Natiuitatis B. Virginis Mariæ an 1315. quo anno Cardinalium in numerum adscriptus fuit, sed non publicatus, quia morte præuentus Parisijs die 22. Decembris 1316. ibique sepultus in æde Augustinianorum. Sedit autem

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		an. 19 mensib. 2. temp. Rom. PP. Bonifacij 8. Benedicti II. & Clementis V. Imperator. Astulphi, Alberti, Hērici, & Ludouici 4. Regum Franciæ Philippi 4. & Ludouici 10. Vacauit sedes mens. 8. post eius obitum. De eo scripsit Guillelmus de Nāgis, & Iacobus Bergomensis in supplemēto Chronicorū, Iardanus in libro Vitæ fratrum ordinis Heremitarum S. Augustini Romæ impresso 1588. quem commodauit R. F. Garcat eiusdem Monasterij Prior.	
		REGINALDVS.	
76.	1316.	Deporta, aliàs de portu priùs Episcopus Lemouicensis 63. postea Archiepiscopus Bituric. à Ioanne 22. creatur S. R. E. Cardinalis Episcopus Hostiēsis. Cum esset Archiepiscopus Bituricēsis & primas Aquitaniæ, fecit constitutiones, quomodo diuinum officium celebrandum esset à Canonicis & Ecclesiæ Sacerdotibus 1319. 3. Cal. Nouemb. ante pragmaticam sanctionem, in qua tale Decretum editū fuit. Sedit annis 4. & mense vno tēp. Rom. pp. Ioannis 22. Imperio Ludouici Bauerij, Regis Franciæ Philippi. 5. cognomento longi.	1320.
		GVILLELMVS DE BRVCIA.	
77.	1320.	* primo Aniciēsis Episcopus, deinde Meldensis, postea verò Bituricensis Archiepiscopus factus, Ecclesiam Cathedralē antea collapsam restaurauit, circa annum 1324. quamque	1330. * *de la Broüe.*

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anno à Christo		Anni obitus.
		postea dedicauit die Dominica ante festum B. Nicolai, eodē anno corpus B. Austregisilli exhumauit, atque in Ecclesia in qua iacebat honorificè collocauit, die lunæ post Pascha 1324. tandem Archiepiscopus Senonensis huius nominis secundus electus fuit anno 1329. à Clero. præfuit autem Ecclesiæ Bituricensi 10. an. Temp. Rom. Pontif. Ioannis 22. Imperatoris præfati Ludouici, Regum autē Franciæ Philipp. 5. Caroli 4. & Philippi 6. cognomento Valesij. Obiit die sacro Virginis Lucæ 1338. sepultus est ante maius altare Eccleſiæ Senonensis, cuius tempore Galliæ Prælati à Philippo Valesio Rege euocati, Præsuli nostro primas, Bertrando Augustodunensi Episcopo S. R. F. Cardinali secundas deffensionis partes pro iurisdictione Ecclesiastica aduersus D. P. Cuneriis Regis Aduocatum delegauit, orauitque coram Rege pro Clero anno 1329. quæ controuersia typis exarata est, diligentia Philippi Probi Biturici Iurisdoctoris, & Decretorum Professoris Parisiis 1551.	

FVLCAVDVS.

* Robb. Chenard. 78.	1330.	De Rupecardi. *Nobilis ex familia Vice Comitum in agro Lemouicēsi, cum Episcopus esset Nouiodunensis, Bituric. Archiepiscopus electus fuit, & rexit Ecclesiam an. 12. & 9. mensib. Instituit festum Cantoris diebus S. Ioannis Baptistæ in Ecclesia Bitur. assignatis reditibus Capitulo: Obiit 7. Idus Augusti 1343. tempore PP. Ioan-	1343.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Chriſto.		Anni obitus.
		nis 22. Benedicti 12. & Clementis 6. Imperat. Ludouici Bauerij, & Regis Philippi Valeſij. Iacet in medio Chori Eccleſiæ, ſub marmoreo lapideo. Nō anno 1324. Epiſcopus Nouiod. vt notauit Democharesin ſerie Epiſc. Nouiod. Simon de Rupe Cauardi eiuſdem domus & familiæ fuit Archiepiſcopus Burdegalenſis anno 1271.	
		S. ROGERIVS LE FORT.	
79.	1347.	Lemouicenſis ex nobiliſſima familia ortus, filius Godofredi cognomine fortis, domini Caſtri *de Tarnes* & nepos ex ſorore Petri d'Arrablay D. *de Taillefer* Archiepiſcopi Tholoſani, & Preſbyteri S. R. E. Cardinalis à Clemente V. anno 1305. & Gallorum Regis Cancellarii anno 1316. à quo Rogerius noſter Aureliam miſſus vt liberalibus ſtudiis & Iuriſprudentiæ vacaret, ita iiſdem nauauit operam, vt iuris vtriuſque Profeſſor clariſſimus euaſerit & tractatum ſcripſerit ſuper actionibus, vt ipſemet teſtamēto ſuo teſtatur, iamque ex eo tempore ad Eccleſiaſticas dignitates procurāte auunculo, promoueri meruit. Primum Archipreſbyter Auuracenſis * in Normandia; deinde Bituricenſis Eccleſiæ Decanus; poſtea Aurelianenſis Epiſcopus, demum Epiſcopus Lemouicenſis, poſtremò Archiepiſcopus Bituric. & primæ Aquitaniæ effectus eſt, hic pro ſua & prædicti auunculi, parentumque ſuorum ſalute in honorem diuini nominis & Virginis glorioſæ B. Mariæ ædifi-	1368.

* Bureux.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		care cœpit, Monasterium Ordinis Cœlestinorum in paterna domo *de Ternes*, in Marchia Diœcesis Lemouicensis, in quo testamento suo condiderat Archiepiscopali domo, die 24. Februarij, ann. 1367. (cuius exemplar penes me habeo beneuolentia, R. P. N. *Auerdet*, eiusdem Monasterij prioris. Voluit & ordinauit vt perpetuo essent, 12. presbyteri, & vnus prior qui singulis diebus sex Missas celebrarent, tres cum nota; Cuiq; pro fundatione & dotatione, paternam domum de Ternis, & alium locum de Castellario satis proximum, cum amborum pertinentiis vniuersis; Iurisdictione mera & mixta, & mobilibus sese mouentibus, vna cum ducentis libris annui reditus. Sed & omnes & singulas suas reliquias Capellas & ornamenta, tam in auro quã in argento (Mitris & Crossis exceptis) cum Bibliotheca legauit. Reliqua bona aliis Ecclesiis & pauperibus, atque ita Ecclesias & pauperes fecit hæredes. Sepulchri locum delegerat in medio Chori Ecclesiæ *de Ternes*, quod non fuit factum: Nam pro certo corpus eius iacet, iuxta maius altare Ecclesiæ Cathedralis in dextra parte, ad cuius tumulum ob ingentia illic patrata miracula nõ modo Ciues, sed & Rusticani cateruatim concurrerunt, vellera ouium & aliàs oblationes in testimonium illius sanctitatis asportantes, vbi hi versus ĩn eius tumulari lapide leguntur.	
		De Ternis natus Rogerius intumulatus, *Noster Prælatus iacet intus bene gratus.*	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.	*Ter centum mille dabis sexdecem septem numerabis,* *In prima feria, quem suscipe Virgo Maria* *Marci migravit, quia castè semper amavit.* Huius Pontificatus, videlicet circa annum 1353. vniuersam Vrbem Bituricensem, Cathedrali Ecclesia salua, & Episcopali domo, vorax ignis flamma consumpsit. Sedit annis 24. temporib. Rom. PP. Clemen. 6. Gallij Lemouici, antea Petrus Rogerius dicti, Innocent. 6. & Vrbani. S. Imperat. Ludouici Bauerij, & Caroli Regum vero Franciæ Philippi 6. Ioannis 1. & Caroli 5. & Ioannis 1. Ducis Biturigũ. Obijt autem Pontifex noster nonagenarius an. 1367. 25. Aprilis & vacauit sedes 6. mensibus post eius obitum.	Anni obitus.
		PETRVS DE STAGNO D'ESTAING.	
80.	1368.	Nobilis Ruthenis oriundus Religiosus Ordinis S. Benedicti, & S. Flori Episcopus, electus Archiepiscopus Bituricensis an. 1368. deinde creatur ab Vrbano V. S. R. E. Camerarius Presbyter Cardinalis S. Mariæ trans Tyberin. Tit. SS. Iulij & Calixti anno 1369. postea à Gregorio PP. XI. Episcopus, Cardinalis Ostiensis Volateranus an. 1373. factus. Rexit an. 2. & 11. dieb. sub Vrbano V. Pontifice Maximo: Imp. Carolo 4. Rege Francię, & Carolo V. Cessit Episcopatum anno 1370. Obiit Romæ & sepultus 1377. in Ecclesiæ S. Mariæ trans Tyberim. De eo Arnoldus Vvion. lib. 2 cap. 19. ligni vitæ de Archiepiscopis Bitur. &	1370.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.	Onufrius in Epitome Pontificum Romanorum.	Anni obitus.
		PETRVS DE CROSSO.	
81.	1370.	Religiosus ordinis S. Benedicti, Episcopus, S. Papuli, postmodum Archiepiscopus Bituricensis, & à Gregorio II. PP. cuius erat Camerarius, S. R. E. Cardinalis creatur, Cathedram Archiepiscopalē rexit annis 4. quam cessit Bertrando de Conaho anno 1374. temporibus Romanorum Pontificum Vrbani V. & prædicti Gregorii II. Galli Læmouicensis antea Petrus Rogerii dictus, & fuerat maior Archidiaconus Ecclesiæ Bituricensis: Vixit Imperatore Carolo 4. & Rege Franciæ Carolo V. Quæ autem beneficia Pontifex noster tenuerit disci potest ex Epitaphio quod Auenione visitur in Ecclesia S. Martialis in qua corpus eius sepultum est Auenione.	1374.
		Hic iacet bonæ memoriæ Reuerendissimus in Christo pater Dominus Petrus de Crosso oriundus 9. de Calmaforti, Lemouicensis Diœcesis, Decretorum Doctor, qui prius fuit Monachus S. Martialis Lemouicensis, Ordinis S. Benedicti, deinde præpositus de Brassaco dictorum Ordinis & Diœcesis, postmodum Celerarius Ecclesiæ Tutellensis, & post Prior de Volta ordinis Cluniacensis S. Flori Diœcesis, & postea Episcopus S. Pauli, postmodum Archiepiscopus Bituricensis, & existente Archiepiscopo fuit factus Camerarius Domini nostri Papæ Gregorij XI. ac deinde fuit assumptus in Tituli Sanctorum Nerei & Achillei Presbyterum Cardinalem, qui dum adhuc	

in

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		in viuis esset, suam hic elegit sepulturam: orate Deum pro anima eius, qui hoc sepulchrum eius inspecturi. Obijt anno 1388. 16. *Cal Septembris.* Fratrem habuit Ioannem Ecclesiæ Lemouicēsis Episcopum Cardinalem in prima creatione Gregorij XI. anni 1371. tt. SS. Nærei & Achillæi, etiam Auenione mortuum & sepultū in Ecclesia Cathedrali in qua etiam eius Epitaphiū his verbis scriptum legitur.	
		Hic iacet Reuerendissimus in Christo pater Dominus Ioannes de Crosso de Calimaforti Lemouicensis Diœcesis, legum professor qui per plura tempora præfuit Ecclesiæ Lemouicensi: Deinde assumptus fuit in Ecclesiæ Romanæ Presbyterum Cardinalem, & subsequenter fuit factus Episcopus Prenestinensis, & summus Pœnitentiarius: qui obiit 22. mensis Nouembris, anno à Natiuitate Domini 1383. *pro cuius animæ salute Deum humiliter deprecamur, vt in pace cum Angelis requiescat. Amen.*	
		BERTRANDVS DE CANHACO.	
82.	1374.	Ex nobili familia *de Pontpadou*, in agro Lemouicensi, vnus ex eadem gente & familia fuit Episcopus Parisiensis Guillelmus nomine, deinde Patriarcha Alexandrinus: alter etiam Guillelmus Episcopus Mimatensis & Carnotensis, S. R. E. Cardinalis; noster Bertrandus Bituric. Archiepiscopus, anno 1374. Deinde Patriarcha Hierosolymitanus, & administrator Ecclesiæ Abrincensis extitit, tandem à Clemente 7. S. E. R. Cardinalis S.	1386.

Numerus Archiep. | Anni à Chriſto. | Anni obitus.

e contra, ſe exemptos dicebant, freti præſcriptione longiſſimi temporis & ab omni æuo. Bertrandus replicabat ex cap. cum non liceat, de præſcript. ext. Reuerentiam & obedientiam Archiepiſcopo, vel Epiſcopo debitã, nullo tempore intercidere, etiamſi per annos innumeros in ea exhibenda Eccleſię quędam ſuæ Diœceſis ceſſarent, opuſque eſſe Romani Pontificis ſpeciali priuilegio dicebat, quò eximantur ab obſequio & iuriſdictione Diœceſani, cap. 1. de priuileg. in 6. cum ſit fundatus de iure communi in iuriſdictione ordinaria in omnes Eccleſiaſticos ſuæ Diœceſis in cap. cum Epiſcopus de Offic. Ordin. in 6. addi poteſt ex Yuonis Carnotenſis Epiſtola 58. quòd per exemptiones concordia Eccleſiaſticorum diſſoluitur, minuitur reuerentia, quæ maioribus debetur: dilectio quæ iunioribus, ac neceſſarius Hierarchiæ ordo turbatur, & quod in Concilio Tridentino, ſeſſ. 24. cap. 11. Sancitum fuit, exemptiones huiuſmodi perturbationem in Epiſcoporum iuriſdictione excitare, & exemptis occaſionem laxioris vitæ præbere: his non obſtantibus Clemens, 7 natione Gallus, & à Galliis, pro legitimo Romano pontifice habitus, aduerſus Vrbanum 6. pro pontifice à Romanis habitum, qui ſedem Auenione tenebat, hînc inde partibus auditis, huius tenoris priuilegium Decano Canonicis aliiſque Seruitoribus Eccleſiæ Bituricenſis indulſit ad inſtantiam Ioannis Ducis Bituricenſis, Ioannis Regis filij, & Caroli 5.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		fratris & 6. auunculi, cuius tenor sequitur..	
		CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam, Regis pacifici (ipsius disponente Clementia) vices gerentes in terris in pacis obseruantia delectamur, hinc est autem quod opem, quam possumus, adhibemus, & operam, vt dissentiones, & iurgia remoueantur à subditis ac optata quietis & pacis eis perueniant incrementa: Exhibita siquidem nobis pro parte dilectorum filiorum Decani, & Capituli Ecclesiæ Biturigum petitio, continebat, quod orta dudum inter venerabilem fratrem nostrum Bertrandum Tituli S. Potentianæ Cardinalem tunc Archiepiscopum Bituric. ex vna parte, & eosdem Decanum, & Capitulum super eo quod Decanus & Capitulum se, nec non Vicarios perpetuos, Beneficiatos, Choralios, & Baccalaureos nuncupatos in eadem Ecclesia ac pueros chori, & alios seruitores eiusdē Ecclesię à iurisdictione eiusdem Archiepiscopi Bituric. pro tempore existentis fore penitus liberos & immunes. Archiepiscopus vero prædictus præmissa non esse vera asserebat ex altera parte, materia quæstionis & causa huiusmodi aliquādiu apud sedem Apostolicam ventilata, tandem idem Archiepiscopus tres definitiuas sententias reportauit. Cum autem (sicut eadem petitio subiungebat) attentis Consuetudinibus, & obseruantijs vicinarum, & aliarum in partibus Gallicanis consistentium	

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Metropolitanarum & Cathedralium Ecclesiarum ex præmissis sententiis super omnia obseruarentur, possent inter partes easdem graues dissentionum materiæ & plurima scandala exoriri. Pro parte dictorum Decani & Capituli nobis fuit humiliter supplicatum, vt prouidere super hoc de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque considerantes præmissa & etiam quod dicta Ecclesia tredecim suffraganeas Ecclesias habet, & iura Primatiæ dicitur obtinere, ac huiusmodi scandalis quantum cum Deo valemus obuiare, consideratione etiã dilecti filij nobilis viri Ioannis Ducis Bituric. qui suam sepulturã in eadem Ecclesia se asserit elegisse, [a] quique eandem Ecclesiam magnis reditibus, & preciosis iocalibus honorauit & etiam amplius Deo proprio ampliare & honorare proponit, quique ad ipsam singularem deuotionis gerit affectum, nobis frequentius super hoc humiliter supplicauit huiusmodi dictorum Decani & Capituli, & dictis supplicationibus inclinati in præmissis prout sequitur duximus prouidendũ. Cum autem sit exhibita nobis nuper pro parte dictorum Decani & Capituli petitio, continebat ab aliquibus reuocetur in dubium, an. dicti Decanus & capitulũ & aliæ personæ dictæ Ecclesiæ & seruitores ipsorum debeãt per statuta, ordinationes, & concessiones huiusmodi à Domino, & potestate Archiepiscopi Bituric. pro tempore existẽtis reputari exempti. Nos super præmissis etiam consideratione	

[a] *Sepultus tamen est in Capella Regia ab eo constructa & dotata.*

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		dicti Ducis nobis super hoc humiliter supplicantis prouidere : Nosque dictos, Decanum & Capitulum ac personas ipsius Ecclesiæ singularibus fauoribus prosequi in hac parte volentes, vt eo magis Romanam Ecclesiam reuereri studeant, quo maiori fuerint per eam libertate donati, Ecclesiam ac Decanum,& Capitulum, singularesque Canonicos ipsius Ecclesiæ, & personas, dignitates, personatus, vel officia aut alia beneficia curata, vel non curata obtinentes in ea, ac familiares ipsorum continuos commensales in numero infra scripto, nec non Vicarios perpetuos beneficiatos, choralios, & Bacchalaureos nuncupatos in ipsa,& pueros chori, & alios seruitores eiusdē Ecclesiæ in ea continuè seruientes, & existentes de choro ipsius,& habitū chori deferentes,etiam ipsi vel eorum aliqui Parrochiales Ecclesias, quarum collatio ad dictos Decanum,& Capitulum seu aliquam personam particularem vel in quibus dicti Decanus & Capitulum aut aliquæ aliæ personæ dictæ Ecclesiæ ius patronatus habere obtineant præsentes & posteros, nec non Clausstrum,& domos Canonicales ipsorum Decani & Capituli ac Canonicorum in dicto Clausstro vel extra illud consistentes ab omni potestate visitatione ac dominio venerabilis fratris nostri Archiepiscopi Bituric. nec nō quorumlibet aliorum ordinariorum iudicum de Apostolicæ potestatis plenitudine ex certa scientia prorsus eximimus,ac totaliter liberamus:ac eosdem Eccle-	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		siam, & capitulum prædictæ Sedi Apostolicæ duntaxat immediatè subiicimus, & in perpetuum volumus, & decreuimus fore immediatè subiectos. Itaque dicti Archiepiscopus, aut successores vel alij ordinarij iudices etiam ratione delicti vel contractus aut rei de qua agitur, vbicumque cõmittatur delictum initi cõtractus aut res ipsa confistat, non possunt in dictis Ecclesia, Clausstro, domibus & habitatoribus ac in Decanum & Capitulum Canonicos, personas familiares, Vicarios, Beneficiatos, pueros, & seruitores prædictos, aut eorum aliquem excommunicationis, suspensionis, vel Interdicti sententias fulminare, aut visitationis officium, legem, censuram, iurisdictionem, potestatem aut dominium quomodolibet exercere seu procurationes exigere ab eisdem & Datum Auenioni 6. Cal. April. Põtificatus nostri an. 13.	
		Quod quidem priuilegium idem Clemens VII. confirmauit Bulla sub Datum Auenioni 10. Cal. Maij. an. 4 Sed & Benedictus XIII. eius successor Petrus de Luna, vulgo dictus, ratũ habuit Bullis sub datum Auenioni 4. Idus Octobris. Pontificatus an. 1. id est anno 1404. 2. Nonis Octob. Pontificatus anno & hac tamẽ adiecta exceptione, quod si Archiepiscopum, Vicarios, aut Officialem iniurijs, & contumelijs supra dictus Decanus, Canonici, & aliæ Ecclesiæ seruitores affecerint, earum cognitio ad Archiepiscopum, eiusque Officialem pertineret, vel si beneficia Curata extra	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Eccleſiam teneant, ſubiiciantur Archiepiſcopo, quantum ad illa beneficia, teneanturque Synodo intereſſe Archiepiſcopali, quæ bis in anno celebratur. Quæ vltima exceptio videtur deſumpta ex Innoc. 3. Conſtitutione quæ extat in cap. cum Capella Ducis Burgundiæ, & cap. ſeq. ext. de Priuileg. & cap. quod ſuper his de Maiorit. & obed. Secundum quas exceptiones tranſactio facta fuit inter D. Aymericum Archiep. & dictum Decanum, & Canonicos per Curiæ Arreſtum approbata, die 5. Menſis Iulij, an. 1398. & iudicatum fuit duobus Senatuſconſultis latis inter R. P. D. Iacobum Regium Archiep. Bituric. ex vna parte: Decanum & Canonicos ex altera: 27. & vlt. menſis Iunij 1542. & 7. Maij 1618. contra R. D. Andream Fremiot Archiepiſ. quæ integra refero in Collectione mea Arreſtorum, tit. 1. cap. 1. & 2. vbi vide & Tractatum Exemptionum Ioannis *de Lomedè*: & quæ ſcripſit Choppinus lib. 1. de Legib. Andium cap. 43. art. 3. de Sacra Polit. lib. 2. tit. 4. num. 6. & ſeq. & Monaſticôn, lib. 1. cap. vlt. Ea priuilegia Eccleſiæ Bituric. conceſſa ſeruare iurat quiſque Archiepiſcopus in perſonali receptione in præſentia Decani & Canonicorum: In Abbatia S. Sulpitij, vbi primo recipitur: iterum ante portam Clauſtri: tertio in veſtibulo Eccleſiæ, in hæc verba, *Ego N. Archiepiſcopus conſecratus iuro ſuper hæc ſacroſancta Dei Euangelia me obſeruaturũ de cætero bona fide exemptiones, iura, priuilegia, & immunitates à ſummis*	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.	*summis Pontificibus & Regibus Ecclesiæ Bituricensi sponsæ meæ concessas : sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.* Eodem priuilegio donati sunt decanus, Canonici, & cæteri Beneficiati Ecclesiæ Parisiensis qui ab Episcopi iurisdictione exempti, & immediatè ad Romanam Ecclesiam subditi iurisdictionem exercent per Officialem à Capitulo deputatum vt notauit P. Probus Bituricus ad §. vlt quo quisque tempore quis debeat esse in choro. in Pragmat. Sanct.	Anni obitus.
		IOANNES DE RVPE CAVARDI.	
83.	1386.	Nobili familia in agro Lemouicensi ortus. Sedit annis 5. temp. Rom. Pontif. Vrbani 6. & Clementis VII. Imp. Vvislai, Regis Franciæ Caroli 6.	1391.
		PETRVS AYMERICVS.	
84.	1391.	Templum nobilissimum Sacræ Capellæ Bituric. in honorem S. Saluatoris à Ioanne Duce Bituric. primo, Ioannis Regis filio, & Caroli V. fratre ad Dei, Beatæ Mariæ Virginis, ac omnium Sanctorum laudem, & gloriam, & ad instar Capellæ Regiæ Parisiensis & cum similibus priuilegijs constructum, atque potatū præsente eodem Duce, Archiepiscopo Tholosano, & Episcopis Anicien si, & Aquensi necnon Abbatibus S. Sulpitij, & S. Ambrosij 12. Cal. Maij 1405. consecrauit, & die sequenti Paschæ solemni, Dux, Arnaldum Belin Thesaurarium, & Caput dictæ Capellę, tredecim Cano-	1409.

Digitized by Google

Numerus Archiep	Anno à Christo		Anni obitus.
		nicos, tredecim capellanos, & totidē Vicarios cum sex Chori clericis propria manu in illud introduxit, & in realem, & actualē misit possessionem. In cuius memoriam parieti eiusdem S. Capellæ inscripti sunt duo versus, qui ad leuam ingredientium leguntur: ex quibus eliciunt annum, quo fuit dedicatum, horum tamen literæ numerales (reiecta litera D. quæ à pluribus reiicitur, nec ei locus aliquis inter numerales conceditur) ad computum & veracem calculum redactæ componunt annum 1415. qui erat 7. Pontificatus D. Guill. Boistratier 85. Archiep. Bitur. Quod vt cuilibet veritatem exactius discutere cupienti, patere possit, eosdem versus huic loco apponam, numerales pingens (vt fieri solet) maiusculis literis.	
		Me dVX Const-VXIT bIIVrICVs, atqVe dotaVIt Præsvl, & attendens anno præsente saCraVIt.	
		Viderit ergo, Lector, cui fidem magis accommodare placeat, quod si iudicium nostrum qualecumque expectet: existimamus Aymericū Pontificem prædictam Capellam consecrasse, anno Domini 1405. 12. Cal. Maij, non autem ann. 1415. cum ann. 1409. Aymericus Patriarcha Alexandrinus, & administrator perpetuus Ecclesiæ Carcassonensis constitutus fuerit atque ita sedit annis 18. temporibus Vrbani 6. Bonifacij 9. Innocentij 7. Gregorij 12. Summorū Pontificum Romæ sedentium, Clementis 7. & Benedicti 13. (qui Petrus de Luna	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Chriſto.	dictus eſt) Auenioni. Is Clemens 7. fundationem confirmauit tribus Bullis ſub datum Auenioni 16. Calend. Septemb. pontificatus, anno 14. & Benedictus tribus Bullis ſub datum Maſſiliæ apud S. Victorem Nonis Iunij, pontificatus, an. 10. quæ fulminatæ & executioni mandatæ fuere à Ioanne Archiep. Auxitan. Geraldo Epiſcopo Pictauienſi, & Petro Trouſſelli Bituric. tunc Archidiacono pariſienſi, deinde Epiſcopo Pictauienſi, tandem Archiepiſcopo Remenſi, prædicto Petro Bituric. Vitale Tholoſano Archiepiſcopis, Helia Anicenſi, & Petro Aquenſi Epiſcopis, ac Aymerico S. Ambroſij, Bernardo S. Sulpitii Monaſteriorum Abbatum, Guidone de Brocia, & Ioanne de Rupe Cauardi Vicecomitibus præſentibus, Commiſſariis, & Executoribus, audito & conſentiente Aymerico in domo Archiepiſcopali Bituricenſi, die 19. menſ. Apr. 1405. Pontificatus Benedicti 13. an. 11.	Anni obitus.
		His Theſaurario, Cantori, Canonicis, Capellanis, Vicariis, Chori Clericis, & aliis dictæ S. Capellæ ſeruitoribus, eadē priuilegia, libertates, exemptiones, & immunitates, quibus Regia Capella pariſienſis à S. Ludouico Francorum Rege fundata gaudet & vtitur, à Duce conceſſa, à dictis pontificibus confirmantur: & inter alia priuilegia, Capella prædicta Bituricenſis cum perſonis Eccleſiaſticis, & ſeruitoribus in ea degentibus ab Archiepiſcopi Bituricenſis poteſtate & iuriſdictione liberatur, & eximitur: &	

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		in eas, vt & in Priorem, duodecim Canonicos & Capellanos Ecclesiæ sancti Austregisilli de Castro extra Ciuitatem omnimoda iurisdictio tam ciuilis quàm criminalis, Thesaurario concessa est; eadem Archiepiscopus tenetur admittere ad quoscumque ordines, mediantibus & cum litteris præsentationis Thesaurarij sine examinatione, & absque difficultate gratis, & nulla sigilli solutione, & aliis oneribus quibuscumque ad instar Thesaurarij Canonicorum, & aliarũ personarum Regiæ Capellæ Parisiensis, vt constat instrumento transactionis à D. Aymerico 22. mensis Decẽb. 1408. factæ signato de Sauzaio. Imperat. Vislai, & Roberti Bauerij: Regis Frãciæ Caroli 6. & Ducis Biturigum, Ioannis, qui obiit 15. Iunij, anno D. 1416. quique inter cætera bona dedit Ecclesiæ Bituricens. vrbem *de Lury*, mense Decembri 1412. & antea prædictæ Capellæ Villam & Baroniam *de Gracay*, quam à Reginaldo de Grassayo emerat, Villam Vastinensem, *de Vatan*.	
		GVILLELMVS BOISRATERIVS.	
85.	1409.	Bituricus, is à primis annis, (quibus spem futuræ vitæ omnem, per desidiã hodie iuuẽtus nostra vt plurimũ, ludit) animũ ita applicat ad studium vtriusque iuris, vt publicus Bononiæ vtriusque iuris professor celebris euaserit, inde ad natale solum reuersus ob vitæ integritatem & scientiam Regis Caroli 6. à Secretis fuit, & primò sacræ	1421.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Capellę Canonicus, deinde Decanus Ecclesiæ Bituricensis efficitur, postremo auctis honoribus D. Aymerico in Patriarcham Alexandrinum translato, Boisfraterius omnium Canonicorum suffragijs Primas & Patriarcha Aquitanię electus est, & possessionem personalem adeptus 4. Id. Maij 1410. die Dominica post festum Pentecostes, præsentibus RR. Petro Pictauiēsi, & Martino Carnotēsi Episcopis. Eo etiam tēpore erat Cancellarius Ioannis Ducis Bituricensis. Anno 1415. Carolus 6 Francorum Rex ad Henricum 5. Anglorum Regem Legatos misit Vindocinensem Comitē, nostrum Boisfraterium, Petrum Frenellū Branchemontium & Yricensem, Dominos Balterum *Col*, (qui etiam Regi à Secretis erat) Ioannem Andrieum, atque alios maiori adscriptos Consilio; Hi pro demandata sibi potestate Catherinæ Caroli filiæ nuptias Henrico obtulerunt, vt eo fœdere pacto, immane bellum extingueretur, quo vtrumque regnū exardescebat: quam in rem Boisfraterius elegantē, vt temporum incommoda ferebant, orationem habuit: sed Henricus, qui spe & opinione, vt sibi videbatur, non leui, totam deuorauerat Galliam, ob idque alto turgebat fastu, nuptias eiusmodi contracto supercilio & lingua procaci est auersatus; quod videns Boisfraterius, petita prius responsi venia, sermone qui ingentem facūdiam nec vulgarem animi magnitudinem redoleret, & Henrici procaciā linguæ compescuit, & supercilii tumorem	

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		depressit. Ipsissima verba huic paginæ inserendæ duxi ne quid minueret traductio. *Qu'en vain il faisoit resolution de dʼposseder iniustemẽt le tres-Chrestien Roy des Françoïs leur tres-cher & tres-redouté Seigneur, le plus noble & excellent de tous les Roys Chrestiens, de la Chaire & du Throsne dʼvn si grand & si puissant Royaume, Que ce quʼil luy presẽtoit sa propre fille à femme nʼestoit pas pour la crainte quʼil eust ny de luy ny des Anglois, ou de leurs adherents: Que la seule compassion & pitié du sang Chrestien luy auoit fait penser à ceste alliance: Mais puis quʼil ne vouloit entendre à ses offres, quʼil se tint hardiment asseuré quʼà lʼayde de la prouidence diuine, & par les armes de luy, de ses Vassaux, suiets, alliez & bien-veillants il seroit chassé de tout son Estat & domination, ou quʼil y mourroit ou seroit pris prisonnier.* Adfuit etiam Constantiensi Oecumenicæ Synodo, anno 1417. Sicut patet eiusdem sacri conuentus, Sessione 41. Conciliorũ, Tomo 4. in quo vnus ex Electoribus futuri Summi Pontificis constitutus Martium 5. cum aliis elegit, domũ Archiepiscopalem sumptuosis ædificiis in suburbiis S Michaëlis Lutetiæ, suis sumptibus ædificauit, quam peculiarem successoribus dedit, sed nihil restat præter ruinas. Sedit autem an. 12. dieb. 18. temporibus Rom. PP. Gregorij 12. Alexandri 5. Ioann. 23. & Martini 5. Imp. Roberti Bauerij, & Sigismundi Regis Franciæ, Caroli 6. Obiit 14. Cal. Augusti 1421. Et sepultus est in choro Ecclesiæ Cathedralis sepulchro æneo his versibus decorato.	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Eloquio clarus studioque & floribus olim *Bononiæ Leges Doctor vtraque legens.* *Guillermus Boisfraterij qui nobilis urbe* *Natus in hac Primus fulsit Aquitaniæ.* *Qui Biturigum Præsul Regni præscriptus honorum* *Gestor, opem cunctis rebus & arte ferès.* *Legis amans, inopumque pater, fideique Sacerdos,* *Carne subactus humo, sydera mente rapit.*	
		HENRICVS DAVAVGOVRDVS.	
86.	1421.	Ex antiqua familia Comitum Britanniæ primus statuta sub styli nomine, Curiæ Archiepiscopalis condidit, anno 1431 (quæ manuscripta habeo.) Huius Pontificatus tempore, videlicet anno 1433. celebris Principum & Prælatorum Conuentus Biturigis est habitus, in quo Rex Carolus 7. quædam decreta Concilij Basilienſis approbauit: quæ vulgo Pragmatica Sanctio nuncupatur, in quo Concessu non est omittendum cõtentionem rursus ortam fuisse, inter Archiepiscopos, Bituricensem. & Burdegalensem pro iure sessionis, & prælationis, quam Rex ita composuit, vt Bituricensis Archiepiscopus in dextero latere, quod dignius est, sederet, Burdegalensis in sinistro, vti Nicolaus Ægidius in Annalibus Franciæ scripsit; Hocque Pontifex noster D. de *Charpegnet*, electum in Episcopum Pictauiensem appellatum ab Archiepiscopo Burdegalensi confirmauit Sed is postquam Ecclesiam Bit. rexit	1446.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		annis 25. mensibus 2 tẽporibus Rom. PP. Martini 5. & Eugenii 4. Imperator. Sigismundi, Alberti 2. & Frederi-3. Regum Franciæ Caroli 6. & 7. liberè cessit dignitatẽ Archiepiscopalem Domino Ioan. Gordi, & reliquum vitæ tempus compleuit in Monasterio de Nigrolacu, * Ordinis Cisterciensis in quo obiit 13. Octob. 1446. sepultus in Ecclesia eiusdem Monasterii super cuius tumulum hæc scripta sunt.	
* Nerlac.		*Hic iacet defunctus Bonæ memoriæ D. Henricus de la Vaugour quondam Bituricensis Archiepiscopus Aquitaniæ Primas qui obyt XIII. mensis Octobris anno D. 1446.*	

IOANNES CORDIS.

87.	1446.	Bituricus, filius ditissimi illius Iacobi Cordis, Regis Caroli septimi Argentarii; hic egregiis moribus, doctrina, & pietate præstantissimus, cùm Abbas esset S. Sulpicii, Archiepiscopus factus est, per cessionem & resignationem D. Lauangourdi prædecessoris; Vix natus anno 25. singulis dominicis & festis diebus prædicabat Dei verbum: deinde in tota Bituricẽ. diœcesi, nullam prope Ecclesiam, nullum Sacellum prætermisit, quod non auxerit diuitiis, ædificiis, vasis argenteis, & crucibus ditauerit, non sacris exornarit indumentis: Beneficia autem Ecclesiastica non nisi personis tùm vita, tùm doctrina probatissimis ita cõferre studebat vt ad instantiam Regis Ludouici vndecimi, cuidam Curialium	1483.

Digitized by Google

Numerus Archiep. | Anni à Chriſto | Anni obitus.

Curialium Miniſtrorum Archidiaconatum Bituricen. conferre recuſans (ei enim hominis curialis incapacitas apprimè cognita erat) imperio prædicti Regis, Lutetiæ ſeptis intercluſus fuerit, eique exeundi poteſtas interdicta: Verum dum ille Pariſiis in Cathedra S. Andreæ tempore Quadrageſimæ concionaretur, accidit vt quidam Miles, Salazardus nomine, non ſurdus auditor aſſiſteret, atque in tanto præſule facundiam linguæ & docendi efficaciam miraretur, quod ſtatim Regi detulit: qui ex relatione illius placatior effectus, reddidit Biturigibus Paſtorem ſuum, vbi continuè pietatis operibus incumbens, fratres Sulpicianos ſæpius inuiſebat, ac cum eis de cœleſtis vitæ gaudiis familiarius colloquebatur: Quin etiam ad eam ſe humilitatem redegerat, vt Cellam in dormitorio fratrum Eccleſiæ contiguam ſibi & ſucceſſoribus ſuis Abbatibus reſtaurari fecerit: eáque velut Monachus, ob ſecularium negotiorum inquietudinem vitādam frequenter vſus fuerit. Et quia cœleſtium rerum iugi contemplatione diſtringebatur, ſe & ſuos Miniſtros, tunicis ærei coloris ſemper veſtiri volebat. Hic tandem Epidimiæ morbo percuſſus lecto decubuit apud S. Sulpicium, anno 1483. vbi diuinis Sacramentis more Eccleſiaſtico deuote perceptis, rebus humanis exemptus, finem vitæ bonum ſortitus eſt. Cuius corpus cum magno honore, apparatu, & luctuoſa pompa, ad Diuini Stephani templum deportatum eſt, cu-

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		ius choro requieſcit iuxta portam occidentalē, ſuper cuius tumularem lapidem nigri marmoris inſculpta eſt imago mortis cum hac ſuperſcriptione. *Memorare quæ mea ſit ſubſtantia.* Sedit autē annis 36. menſibus. & ſeptem dieb. temp. Rom. PP. Eugenij 4. Nicolai 5. Calixti 3. Pij 2. Pauli 2. & Sexti 4. Imperatoris Frederici 3. Regum Franciæ Caroli 7. & Ludouici II. Illius temporibus 1. anno 1446. alma Vniuerſitas Bituricenſ. precibus dicti Ludouici II. Regis Franciæ, & Caroli Biturici Ducis, tā in Theologia & Iure Canonico, quā Ciuili, Medicina quoque & artibus, iam diu delapſa ob incendia vrbis, reſtaurata fuit, & confirmata à Paulo 2. anno 1454. pridie Cal. Decembris Pontificatus 1. in qua M. Io. Benin in Conuentu fratrum Prædicatorum primus ius Pontificium & Ciuile interptetatus eſt, quem multi maximi nomini & doctrinæ ſequuti ſunt iuris Profeſſores, infra ſuo loco nominandi. Sequenti verò anno, hoc eſt, 1467. eadem vrbs Bituricenſis ſæuo correpta fuit incendio in craſtino Aſcenſionis.	
		PETRVS CADOETVS.	
88.	1483.	Bituricus, Prior Eccleſiæ Collegiatæ B. Virginis Mariæ Bituris, vulgò, *Noſtre Dame de Sales*, & Iudex Officialis, in quo officio D. Yuonis Epiſcopi Trecorenſis in Britannia Iudicis & Officialis veſtigiis inhærendo lites componebat, monitis & exhortationibus litigantes à forenſibus contro-	1492.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni Christo.		Anni obitus.
		uersiis arcendo, quod si quando vrgeretur, vix sine lachrymis sentētiā proferebat, & sine spōrtulis, nisi pro consilio, gratis enim officium habuerat, & quasi inuitus & reluctans, hodie vt plurimum emptum vendunt. Is cum, ob eius pietatem, & in pauperes & egenos liberalitatem esset Regis Ludouici XI. gratissimus, & amantissimus Primarius, & Summus Eleemosynarius, ipsius Regis, authoritate electus Archiepiscopus dignissimus, & à Sixto 4. confirmatus fuit: Monasterium S. Claræ Virginis, propriis expensis & sumptibus extruxit. Tempore sui pontificatus vrbs Bitutix maximam incendij stragem passa est, & maiorem passa fuisset, donec meritis S. Sulpicij sedata est, anno 1487. in die festo S. Magdalenes. Sub eodem tempore, exordium sumpsit reformatio Congregationis Casalis Benedicti, authore Spiritu sancto, & mediatore R. P. Petro Dumas Abbate Casalino. Sedit autem præfatus pontifex annis 10. mensibus 2. temp. Rom. PP. Sixti 4. & Innocentij 8. Imp. Frederici 3. Regum Franciæ Ludouici 11. & Caroli 8. Obiit pridie Cal. Augusti 1492. Et iacet in Æde prædicta Salensi, vbi hoc Epitaphium versu Heroïco conscriptum est.	
		Conditur hac petra Petrus fortissima petra, *Firmus quique fide fuit affluus & pietate* *Hospitium pacis, mœstis solamen & ægris* *Nudorum vestis, quorum est plebs turbauè testis,* *Quod Zelator erat sacrarum Religionum*	

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Conuentus referat S. Clara structura Sororum.	
		Paucis contentus, isdem cum paupere factus	
		Plura pauperibus quàm diuitibus hylaratus.	
		O qui pauper ades, dum transit qua tibi clades	
		Ergo prose ores pastor iam postulat ô grex	
		Doctrina clarus, omnis iuris bene gnarus	
		Omni poscenti lucrum aptans lege talenti	
		Villicus in cœlis seruus prudensque, fidelis	
		Namque alter Paulus fuit omnibus omnia factus,	
		Annis quique decem Primatum Bituricensem	
		Rexit; terque decem Ecclesiam hanc priùs ipse Salensem	
		Mille quadringento ac octogeno duodeno	
		Augustique die postremo Christi Mariæ	
		Fili celsa petra, Petrum tecũ fer in æthera	
		Adsis tuque pia prose orans virgo Maria.	

CADOETO.

89.	1493.	Successit Guillelmus de Cambray Bituricus, vir nobilis, doctrina & pietate præstantissimus, Auum habuit Ioannem, Ioannis Biturigum Ducis Consiliarium, Rationumque suarum Magistrum, anno 1374. quem ipse Dux è villa de Rupi in Picardia non longe à Cameracensi vrbe, ob ingenij dexteritatem paulo antea auocauerat, quique posteà videlicet ann. 1403. à Carolo 6. Francorum Rege Equestri ordine Torquato lanetæ donatus & decoratus fuit, Auiã habuit Margaretam *Chãbellam*, Patrẽ verò Ioannẽ Re-	1505.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		gis Caroli 7. Panetierium, & Caroli Biturigum Ducis Cõsiliarum, ac Rationum suarum Magistrum; Matrem Isabellam *Esteuart*. Is primò Canonicus Ecclesię Bituricen. extitit, deinde Archidiaconus maior, demum Decanus, postremò cum Senator Curiæ Parisiensis extitisset 30. annis, Archiepiscopus Bituricensis & Aquitaniæ Primas anno 1483. maioris partis Canonicorum suffragiis electus fuit: Sed orta contentione inter eum, & D. Cadoetum, Regia authoritate fultus Pontificatum obtinuit Cadoetus, sed eo vita functo, iterum Cambrayeus noster ann. 1493. & ætatis suæ 63. in Archiepiscopum electus est & 14. Octobris personalem possessionem assecutus, presentibus Reuerendissimis Dionysio *Debar* Episcopo S. Papuli: Episcopis Caturcensis & Tutellensis Ecclesiarum, & Stephano Cambrayer Episcopo Agatensi, Guillelmi fratre, qui statim Monasterium S. Sulpicij Ordinis S. Benedicti reformauit, ad instar Monasterii Casalis Benedicti (quod antea, anno videlicet 1488.) auspice D. Cadoeto reformatum fuerat: cuius Monasterii primus Abbas post reformationem fuit P. Guido Iuuenalis, qui ex ipso Casali Benedicto, assumptis secum duodeuiginti vitæ integerrimæ Fratribus Biturigas aduenies, ibidem comiter & humanè ab eodē Antistite exceptus est anno 1497. atque eidem Abbatiæ in vigilia Natiuitatis Deiparæ Virginis Mariæ præfectus, anno sequenti à dicto Guidone (suffragio tamen & authoritate	

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Archiepiscopi) Cœnobium Sanctimonialium Sancti Laurentij reformatum fuit. Eadem etiam tempestate constat Conuentum Puellarum Ordinis Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis Biturigibus, hortatu eiusdē Archiepiscopi à Ioanna filia Regis Ludouici 11. & vxore Ludouici 12 institutum, fundatum & dotatum fuisse. Redegit etiam idem Pontifex stilum Iurisdictionis Ecclesiasticæ, quem typis edi curauit, anno 1499. Multa contulit bona tum Ecclesiæ, tum Archiepiscopatui, quippe qui funditus Castrum *de Turly*, ædificauerit, partim etiam Castrum sancti Palladij, quod ampliſſimis reditibus auxit: hoc modo Ecclesiam & pauperes, suos relinquens hæredes. Sedit autem ann. 13. temp. Rom. PP. Alex. 6. Pij 3. & Iulij 2. Imperatoris Maximiliani: Regum Franciæ Caroli 8. & Ludouici 12. tandem peractis in sede Pontificali, annis 13 Obiit plenus dierum pridie Cal. Septēb. 1505. Bibliothecā legauit Abbatiæ Casalis Benedicti. Post eius obitum vacauit Sedes Archiepiscop. quatuor mensibus: Iacet in choro Ecclesiæ antè sedem Decani sub lamina ænea. In cuius circuitu hoc Epitaphium inscriptum legitur.	

Hic iacet ex animis patriæ lux, gemma decora.
Guillermus, Biturix cuius origo fuit.
Regius hic Consul, Biturorum quique Decanus:
Post hinc Metropolis culmen honoris habens.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.	*Qui sibi pro meritis hæredes fecit egenos Denique sumpturus gaudia vera poli.*	Anni obitus.
		MICHAEL DE BVCIACO.	
90.	1506.	Lutetiæ oriundus, regis Ludouici 12. voluntate vix 22. annis natus in Archiepiscopum electus, & speciali Summi Pontif. gratia consecratus fuit. Sedit annis 6. mensibus 5. dieb. 8. temp. Rom. Pontif. Iulij 2. Imperatoris Maximiliani: & Regis Ludouici 12. Obiit 6. Id. Februarij 1511. Cuius corpus humatum est in choro dictæ Ecclesiæ ante sedem D. Cancellarii, post cuius obitum, Capitulum, sedem rexit per annum, menses 5. dies 22. in quod, hoc casu, omnia iura Archiepiscopatus transeunt, Ca. his quæ. & ca. Cum olim, de maiorit. & obed. ext.	1513.
		ANDREAS FORMEVS.	
91.	1514.	Scotus, cùm pro Rege suo apud Regiam Maiestatem legatione fungeretur, ex animi Regis Ludouici 12. proposito, postulatus à Capitulo per Summum Pontificem Primas Aquitaniæ confirmatur, cùm esset Episcopus Morianensis in Scotia. Hic Romæ degens, Cæmeterium Calixti intrauit; atque ibidem inter alias reliquias caput B. Luciæ virginis & martyris adinuenit: quod Summi Pontificis permissu, ad Gallias secum deferens auro gemmisque decoratum Cathedrali Ecclesiæ Bit. dono dedit. Postquam autem sedit anno 1. mensib. 3. dieb. 27. Archiepiscopatū Bit.	1515.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		de consensu Regis, & S. Pontif. cessit D. Anto. Boërio Aruerno, & in Scotiam rediit, in quo constitutus est Archiepiscopus Sancti Andreæ, totius Scotiæ Primatis, temp. Leonis 10. & dictorum Maximiliani Imp. & Ludouici 12. & Francisci primi Regum Franciæ.	
		F. ANTONIVS BOERIVS.	
92.	1515.	Aruernus filius Astremonij Baronis de *S. Cierque* Regum Caroli 7. & Ludouici III. à consilijs & Secretarij inter alios charissimi, & Beraudæ *du Prat*. Antonij du Prat Regis Cancellarij, S. R. E. Cardinalis & in Galliam Legati sororis: Is à primis annis Monachus Ordinis S. Benedicti in Abbatia Fiscauensi in Normania, in eadem Abbas creatus, paulò pòst fit Abbas Ouensis*, in vrbe Rothomagensi; quæquidem Abbatia fuit fundata per Audectum *Dadone* Archiepiscopum Rothomagensem & Regis Dagoberti Cancellarium. Hæc autem Antonius tanta fuit sagacitate & doctrina vt à Rege Ludouico 12 factus sit Præses in Curia Rothomagẽsi anno 1499 vt patet ex Constitutione eiusdem anni pro erectione prædictæ Curiæ, & ex Gaguini historia: & demum creatus Archiepiscopus Bituricensis, atque etiam R. E. Cardinalis Titul. S. Anastasiæ dispensatus de habitu à Leone 10. Calendis Aprilis 1517. creatur: Initio sui Pontificatus, munificentia ductus, dedit immensas pecunias Canonicis, vt turrim nouam	1519.

* S. Ouen.

Ecclesiæ

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Ecclesiæ ornamentum citius erigerent: forum Curiæ Archiepiscopalis ædificauit amplissimum & ornatissimum: Dedit Ecclesiæ pro Missa singulis diebus celebranda sex mille libras, quibus inter cætera emptum fuit dominium Sanctæ Radegundis propè Regiodunũ, quæ Missa vulgo Missa Cardinalis nuncupatur. Constitutiones Synodiales ad Cleri reformationem fecit anno 1516. Hic postquam gubernauit Ecclesiam Bituricen. annis 4. mensib. 11. & dum Aulam Regiam insequeretur, Blæsis febre correptus, vita functus est 27. Nouembris 1519. Vnde corpus eius delatum est Biturigas, & iacet in Eccles. Biturig. in naui extra chorum inter columnas non longè à cathedra Prædicatoris, super cuius tumulum in lamina ænea in circuitu scriptum est hoc Epitaphium.	
		Cy giſt feu de bonne memoire, Monſieur Antoine Bohier, Cardinal du Sainct Siege, Archeueſque de Bourges, Abbé de Feſcan, qui treſpaſſa le vingt-ſeptieſme Nouembre 1519.	
		Anthonius iacet, hic Boherius origine quondam	
		Arnerna, eloquio vir meritiſq; grauis	
		A puero Monachus, clauſtris compluribus Abbas.	
		Dignus & hac celebri Præſul in æde fuit.	
		Tempore nõ multo plures ſortitus honores	
		Cardineo tandem ſchemate clarus obit.	
		Sedit autem temp. Leonis 10. Imp. Caroli 5. & Regis Franciæ Francisci 1. Arnoldus Vuion lib. 2. ligni vitæ c.	

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		19. de Archiepiscopis Bituricen. panuinus in Epitome Rom. pont. *Du Bellay en ses memoires*, sub anno 1521.	
		FRANCISCVS BVELLIVS.	
93.	1519.	Bituricensis ex nobilissima, antiquissima & illustri familia Comitum Sacri Cæsaris oriundus, patrem enim habuit Iacobum *Du Beuel*, Comitem Sacri Cæsaris. i. *Sancerre*, matrem Ioannem *De Saincte*. Is summa fuit ingenii dexteritate, vtpote qui à iuuenilibus annis variis scientiarum generibus animum excolens tandem Iuris Canonici Doctor, & publicus Professor euaserit. Cum autem esset sacræ Ædis Palatii Biturigum Thesaurarius & Abbas Plenipedēsis Ordinis S. Augustini huius diœcesis 11. Cal. Ian. 1519. in Archiepiscopum electus est. Sed cum Fr. Guillelmus Parui Ordinis Prædicatorum Regiæ Maiestatis à Confessoribus eiusdem Regis authoritate suffultus electionem in controuersiam verteret, & sedem Apostolicam Rex Franciscus 1. appellasset ab electione Buellij tanquam facta cōtra Concordata. Tandem post annum & menses 6. summus Pontifex Leo 10. diligenti facta examinatione super iure vtriusq; partis, D. Buellii electionem approbauit Calend. Iunii 1521. & Paruus factus fuit Episcopus Tricacensis, deinde Siluanectensis. Præfuit Ecclesiæ Bituricensi annis 5. mensib. 2. computādo à die suæ electionis, temp. Rom. pp. Leonis 10. Adriani 6. & Clementis 7. Imperat. Caroli 5. Re-	1525.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		gis vero Galliæ Francisci 1. Obiit Lutetiæ Parisiorum 25. die mensis Martii 1524. & inde corpus Biturigas delatum, humatum est in Ecclesia Bit. iuxta tumulum S. Philippi in Ecclesię naui, vacauit sedes duobus mensibus & diebus decem.	
		FRANCISCVS A TVRNONE.	
94.	1525.	Delphinas ex nobilissima Turnonum Comitum familia, primum Ecclesiæ Ebredunen. Archiepiscopus communi suffragio constituitur. Is Francisco 1. Regi vnicè charus, singulari sua prudentia & sapientia author fuit pacis inter Regem & Carolum Imperatorem ad quem à Rege missus fuerat, & Rege restituto & reuerso in Gallias, cùm, mortuo D. Buellio ad electionem noui Antistitis Nonis Iunij 1525. Canonici conuenissent, inter eos talis contentio excitata est: vt pars D. Iacobum De Brolio * Canonicum Ecclesiæ Bituricensis in Pontificem eligeret. Altera D. à Turnone magis fore Ecclesiæ vtilem existimat: quæ ne altius radices ageret, quæstionem dirimendam Clementis 7. summi Pontificis arbitrio reliquerũt, qui à Turnone electionem 6. Id Ianuarij, anno eodem confirmauit: is postea. Conuocauit Concilium Prouinciale 6. Idus Martij 1520. in quo multa decreta ad Cleri reformationem constituit: anno sequenti à summo Pontifice Clemẽte 7. Tituli SS. Petri & Marcellini Cardinalis creatur, qui postea Collegij Decanum per mortem Car-	1537.

*Du-Breul.

Numerus Archiep.	Anno à Christo.		Anni obitus.
		dinalis Bellaij extitit. Præfuit autem Ecclesiæ Bituricensi annis 12. mensibus 4. dieb. 18. vsque ad annum 1537. quo dono Regis Archiepiscopus Auxitanensis amplissimi reditus factus, cessit primatum D. Iacobo Regio affini suo temp. eiusdem Clement. 7. Rom. pont. Caroli 5. Imper. & Francisci primi Francorum Regis, tandem Lugdunensis Archiepiscopus & primas Galliarum factus est anno 1551. Is pro Rege legationes diuersas obijt in Hispaniam & Angliam, & Catholicę religionis acerrimus propugnator extitit, itaut pro sua singulari in Christianam religionem pietate, atque nō vulgari doctrina conuentui poissiaco præfuerit anno 1561. Tandem labore fessus, & senio confectus ætatis suæ anno 73. 22. Aprilis hora diei anno 1592. apud Sanctum Germanum in Laya obiit Archiepiscopus Lugdunensis, Abbas S. Germani parisiensis, Treuolchi in Burgundia, & Cæsæ Dei. De eo scripserunt Ioannes Antonius, petramelarius in continuatione ad librum Onuphrii, pannanius de summis pontificibus & cardinalibus, Dionysius Lambinus Græcarum litterarum Lutetiæ professor eiusdem cardinalis alumnus, sed & de eo nostro sæculo suauissimus poëta simulque philosophus præstantissimus & Orator Antonius Muretus ita cecinit.	
		Turnoni antiquæ spirans virtutis imago *Quo stupet hæc ætas, quoq; beata tumet* *Et tua cū seri repetēt monimenta Nepotes* *Si, dederint cœlum quæ tibi facta, rogēt* *Post alias laudes quas bello & pace paraſti*	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Chriſto.		Anni obitus.
		Conſilio moderans tempus vtrũque pari	
		Quot quas fudit opes pleno tibi copia cornu	
		Aſſiduè doctos foueris hiſce viros:	
		Pectore & ingenuas conſtanti adamaueris artes	
		Adiiciet titulis hoc quoque fama tuis.	

Eius corpus in Eccleſia Turnonenſi ſepelitur, in cuius ante anteactæ vitæ memoriam Epitaphium quod ſequitur inſcriptum inuenitur.

D. O. M.
ÆTERNÆQ. MEMORIÆ.

FRANCISCI A TVRNONE, Epiſcopi Oſtienſis Sacri Cardd. Collegij Decani. Eccleſiæ Lugdunen. Antiſtitis Galliar. Prim. Qui poſt impenſam Chriſtianiſſ. Regibus Franciſco I. Errico II. alteri. Quoq. Franciſc. Poſtremum Carolo IX. Maxum. in rebus ann. l. Fœlicem ac memorabilem operam, poſt Procuratas ſingulari fide, & non, mediocriter auctas Regn. populiq; Gall. Max. vtilitates. Poſt ſæpe compoſitos, pacificatoſq; Grauiſſ. & Periculoſſ. Bellicorum diſſidiorum æſtus. Poſt conciliatos, quoties res tulit, ſummorum Pontificum, & magnorum Principum animos: poſt aſſertam, inuicta animi conſtantia, aduerſus He-

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		reticorum tumultus Catholicæ doctrinæ veritatem. Denique post exhibitum in omni vitæ parte præclarum, integerr. ac pientiſſ. Pontificis ſpecimen, extructo hoc quadrat. lapid. Gymnaſio, ſapiętię pietatiſq; Academ. inſtituta, & Societat. Ieſu curæ perpetuo tradita, Deo Opt. Max. tot bonor. auctori, animam piè commendauit, ac redd. Anno Chriſti CIↃ. IↃ. LXII. 10. Calend. Maij. Ætatis ſuæ LXXIII. apud S. Germ. in Laya.	
		Ex eo patet D. à Turnone quondam Præſulem Bituricenſem non vita functũ fuiſſe anno 1559. vt quidam male de eo notauit, & is vltimus Archiepiſcoporum electione canonica inſtitutus fuit; Sequentes Regis nominatione & Apoſtolica confirmatione Pontificatum tenuerunt ſecundùm Concordata inter Leonem 10. & Franciſcum 1. Regem 1517. Huius Præſulis tempore Ius Ciuile & Canonicum interpretati ſunt in celeberrima Biturigum ſchola Petrus Rebuffus Montiſpeſſulanus & Andreas Alciatus Mediolanus magni nominis IC. à Margaureta regina Nauarr. & Sabaudiæ Duciſſa magnis propoſitis præmiis accerſiti Biturigas.	
		IACOBVS REGIVS.	
95.	1537.	Turonenſis ex nobiliſſima Chaui-	1572.

Numerus Archiep.	Anni Christo.		Anni obitus.
		gniorũ familia, primò religiosus Ordinis S. Benedicti Monasterij Cluniacensis deinde Dolensis * Abbas, & Abbatiæ *Denilleloim* Diœcesis Turonensis postea ex cessione & resignatione D. à Turnone & Regis beneficio Archiepiscopus Bitur. creatur: cuius tempore Concilium generale Bononiæ cœptũ, & interruptum bello germanico, Tridenti finitur 4. Decẽbris 1554. & anno 1562. vrbe capta ab hæreticis tẽpla diripiuntur & polluũtur: Verùm obsessi à generosissimo Duce Guisio, inter sex menses coguntur vrbem cedere. Sedit autem Archiepiscopus annos 35. temp. Roman. Pont. Pauli 3. Iulij 3. Marcelli 2. Pauli 4. Pij 4. & 5. Imperat. Caroli 5. Ferdinandi & Maximiliani 2. Regum Franciæ Francisci 1. Henrici 2. Francisci 2. & Caroli 9. Obiit Lutetiæ in hospitio seu domo quondam Archiepiscopis propria, quæ ab anno 1564. Chauinianorum familiæ peculiaris est, emptionis titulo ex alienatione bonorum ecclesiasticorum summi Pontificis & Regis auctoritate facta: quæque sita est prope Ecclesiam Parrochialem Sancti Landerici parisiis, in qua iacet corpus D. Regii post cuius obitum vacauit sedes anno & mense. Eius tẽpore Iurisprudentiam professi sunt in Academia nostra Iuris Antecessores celeberrimi Franciscus Duarenus, Eguinarius Baro Armorici contemporanei & æmuli, qui in vrbe Bituricensi obierũt, anno videl. Duarenus 1559. ætatis suæ 51. & Baro 1551. Hugo Donellus Burgundus, Francis-	* Drolx.

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		cus Hotomanus Parisiensis, Iacobus Cuiacius Tholosas, Franciscus Balduinus Atrebatensis, Claudius Rusardus Carnotēsis, & Antonius Contius Nouiodunensis, qui vita functus est Biturigibus 17. mensis Septembris anno 1577. cum maximo ciuium & scholasticorum mœrore, qui ex Germania, Italia, & Hispania Iuris discēdi gratia ob tantorum virorū famam Biturigas aduenerant.	
		ANTONIVS VIALARDVS.	
96.	1572.	Parisiensis Religiosus & Prior S. Martini à Campis Parisiis Ordinis S. Benedicti Cluniacensis Cōgregationis, ex Senatorum Parisiensium familia antiquissima ortus, possessionem adeptus est 18. Calend. Octob. 1572. Is initio sui Pontificatus, multa largitus est bona Eccleſiæ Bituric. restituit enim Archiepiscopalium ædium maiorem partem antea igne & bellorum miseria dirutam, deditque tapetia chori ornandi gratia. Obiit prid. Nonas Decembris 1576. & sic post administratam, per annos 14. domum Martinianam: & Archiepiscopatum Bituric. annos 4. mensibus 3. fatis cessit in Prioratu de Gournayo ad Matronam fluuium annos 48. natus, vnde corpus Biturigas allatum, humatū fuit à tergo maioris altaris temporibus, Romani Pontificis Gregorij 13. Imperatoris Maximiliani, Franciæ Regis Caroli 9. de quo scripsit Arnoldus Vuion, lib. 2. Ligni vitæ cap. 19. de Archiep. Bit. Ordinis S. Benedicti.	1576.

REGINAL-

Numerus Archiep.	Anni à Christo.	REGINALDVS DE BEAVNE.	Anni obitus.
97.	1577.	Turonensis, auum habuit Iacobum de Beaune Frãciæ Quæstorem. Baronem Sablanceum, Turonensem Vicecomitem & sub Ludouico XII. & Francisco I. Prouinciæ Turonensis Proregem auunculum, Martinum Turonensem Archiepiscopũ: Patrem Guillelmum Dominum *de la Carte* etiam Franciæ Quæstorem: Is, primo Regis Consiliarius, & Libellorũ Supplicum Magister extitit, at cum Ecclesiasticam vitam sequi desideraret Abbas factus est claustris compluribus: deinde anno 1570. Episcopus Mimatensis, quo tempore impius ille hæreticus *le Merle* vrbem vastauit & profligauit, quam in nocte vigiliæ Natalis Domini, Missa noctis mediæ incipiẽte, campanis sonantibus magna ferocitate, & ciuium occasione, inuaserat, quæ à Duce Andegauii, & Bituricensi, impulsu Episcopi (cuius erat Consiliarius) in pristinum statum reducta est. Postea Archiepisc. Bituricensis, Henrici 3. beneficio à Gregorio XIII. sexto Idus Iulij, Pontificatus anno decimo, id est anno D. 1581. creatur, in cuius gratiam Clerus, Vniuersitas, & populus Bituricensis summo Pontifici scripsit, rogauit, & obsecrauit, vt hunc Archiepiscopum Aquitaniæ Primatem daret pro tuitione, & deffensione Ecclesiæ. & religionis Catholicæ, sequitur Epistola Vniuersitatis.	1602.

Digitized by Google

Numerus Archiep. | Anni à Christo. | Anni obitus.

GREGORIO XIII. Pontifici Maximo Rector, & Vniuersitas Biturigum, S. P. D.

POST amissum quem nacti eramus, optimum, & religiosissimum Archiepiscopum *Antonium Vialardum*, non destitit tota hæc prouincia, ac præcipuè Ecclesia, & Vniuersitas Biturigum, quam is vtramque vnicè complectebatur, pariter omnes penè afflictæ, atque perditæ, suum deflere casum, quoad nuntius allatus est de nominatione Regia, *Reginaldi de Beaune* Mimatensis Episcopi in vacantem istam Archiepiscopalem sedem. Hic nuntius mœstos omnium animos aliquantulum erexit, & recreauit, nimirum inductos in spem aliquam se tanto viro aliquando posse potiri ei parere, eum audire, sequi, & imitari, siquidem Sanctitati tuæ liberet translationem eius approbare, quod scies, & Clerum, & Magistratus, & populũ omnem per litteras à te votiuo pectore postulare, voluit etiam hæc Vniuersitas pro sua parte hoc rescripto idem sanctitatem tuam rogare, & obsecrare. Et ne sis nescius quàm sint nobis iustissimæ causæ hoc à te postulandi, si hunc nobis dederis Archiepiscopũ, quo neque integriorem, neque vigilantiorem nominis in hoc regno quemquam (crede nobis Beatissime Pater) futurum est, vt breui, qui nimiũ multi in hac prouincia grassantur hostes Ecclesiæ Catholicæ, corrigan-

Numerus Archiep	Anni à Chriſto		Anni obitus.
		tur aut repentè ſibi, quò diffugiant alium locum quærãt Quamdiu enim Eccleſia huic ſimiles Paſtores habuit, nulli extitere in ea perfidi, nulli rebelles: & vel hodiè quo loco extitit optimus Paſtor aliquis protinus conticeſcit, vel exulat inde ſua ſponte omne id hominum genus, vt ſcriptum eſt, Diabolum, dum ſibi reſiſtentem aliquem videt ſtatim perfugam alio ſe conferre. Proinde certi ſumus illo nobis dato Pontifice, breui totam hãc prouinciã omnis hæreſeos expertem fore, quia hoc illi ſemper fuiſſe curæ ſcimus, vt hæreticos longiſſime abigeret, ſi minus, quod etiam eſt difficile, curua in eis quæ ſunt corrigere poſſet, conſtantes autem in fide tueretur, protegeret, arceret ab illa hominum peſte, atque colluuie, ac Principes potiſſimum, quibus frequenter adſidet, maxime Ducem noſtrum, cuius eſt Cancellarius, qui illo agente, curante, inſtante, ſupra quam credi poteſt, ardet ſtudio reſtituendæ in hoc regno Catholicæ fidei, quod & breui eum conſequuturum ſperamus. Id vero quantum ſit optamus, vt bene tecum ipſe reputes. At quod nos hac in re adhuc incertos tenet, eſt quod audimus, tametſi exigui admodum ſint reditus huius Eccleſiæ, vaſtataq; vbique incurſu hoſtium prædia ad eam pertinentia, nec ſine pecuniarũ magna vi reſtitui poſſe in integrum, quæ hæreticorum vis demolita eſt cũ in vrbe iſta, tum in oppidulis, & vicis paſſim vbique, quo illorum furor improbitaſque peruaſit, iure tamen	

| Numerus Archiep. | Anni à Christo. | nouum Archiepiſcopum ſanctiſſimæ Romanæ Eccleſiæ (cui tu fœliciter, & optimo iure præſides) debere collationem aliquam, & paruã quidem, ſi merita, & honores ſpectes, Eccleſiæ, quæ dominatur cæteris omnibus, ſed immodicam, ſi huius Eccleſiæ pẽſites miſerrimum ſtatum: qui forte vnus, nimirum diu nos miſeros & paſtore viduos detinebit, non ſine ingenti clade noſtra, niſi pietas, & benignitas tua ſubuenerit, Beatiſſime Pater, & habita ratione viri quem à te poſtulamus, piiſſimi, & noſtræ Vniuerſitatis omniumque artium bonarum, in quibus etiam excellit, ſtudioſiſſimi, & ad hæc maximarum rerum vſu, & ſapientia prope diuina præditi, eoque nomine apud Chriſtianiſſimum Regem, & Regis fratrem Ducem Biturigum, cuius, vt dixi, Cancellos regit commendatiſſimi: habita quoque ratione penè ad ſolum redactæ iſtius Eccleſiæ Hæreticorum iniuria, & hiantis modo, vnicumque implorãtis auxilium beatitudinis tuæ, vt hoc nobis, quem à te conſentientes cum omnibus Ordinibus ſupplices poſtulamus, Archicpiſcopo conceſſo, etſi recuſet etiam impulſa ad curam ſuſcipiẽdam iſtius Eccleſiæ, interim dum inueneris, & ſuggeſſerit ille ipſe tibi qua ratione proſpici poſſit Eccleſiæ Mimatenſi, ita paulatim hæc noſtra Biturigum erigatur Eccleſia, & tuo Regiſque beneficio deinceps ab eo quem rogamus ab omni iniuria ſarta, tecta conſeruetur. Deus ſanctitatem tuam, Pater Beatiſſime, diũ nobis, & | Anni obitus. |

Numerus Archiep. | Anni à Christo. | Anni obitus.

Christiano orbi conseruet incolumem. Biturigis prid. Id. Maij M. D. LXXVII.

Et anno 1592. factus fuit Regis Henrici magnus Eleemosinarius, & à consilijs primus. Nam homò magni, & sagaciſſimi, fuit ingenij: conuocauit Concilium Prouinciale anno D. 1584. in quo ex Cœpiſcoporum ſuffraganeorum conſilio decreta edidit ad Cleri reformationem, ſimul, & ſtylum curiarum Archiepiſcopalium, quo moras fruſtratorias, & dilationem quibus antea Pragmatici vtebantur reſecare conatus eſt, ſed fruſtra. Tandem plenus annis, ætatis ſuæ anno 76. dimiſſo Archiepiſ. Bit. Senonenſis Archiepiſc. vt propiùs Regi Henrico 4. inſeruiret, factus eſt & à Clemente 8. confirmatus anno 1602. reſignauit Archiep. Bitur. D. Andreæ Fremioto Burgundo, Benigni Fremioti in ſumma Burgundiorũ Curia Præſidis filio, qui à Rege, ſummo Pontifici nominatus Archiep. Bitur. & Primas Aquitaniæ deſignatus eſt: atque ita Archiepiſcopus hic Eccleſiam Metro. Bitur. rexit an. 22. temp. R. R. PP. Gregorij 13. Sixti 5. Vrbani 7. Gregorii 14. Innoc. 9. & Clem. 8. Imp. Maximiliani 2. Rodolphi 2. Regũ Franciæ Henrici 3. & 4. qua ætate floruit Iuriſconſultorum Princeps Iacobus Cuiacius Toloſas, qui poſtquam plus 25. an. in hac orbe cum magna, & celebri laude, & maximo vrbis ornamẽto docuiſſet, tandem ciuilum tempeſtatum pertæſus, anno Chriſti 1598. ætatis ſuæ 67. obiit. 5. Non. Oct. &

Numerus Archiep	Anni à Christo.		Anni obitus.
		Ioan. Mercerius eius Collega Bituricus, qui etiam postquam 30. annos in eadem Academia iura professus est, & omnibus ingenuis, & humanis artibus, instructissimus, & disertissimus Orator anno ætatis suæ 55. 4. Cal. Octob. 1600. Arthriticis, & Nephriticis doloribus confectus placidè, lubenterque ad superos demigrauit. O beata, si sua nouisset Biturigũ vrbs, & nisi tria illa clarissima Iurisprudentiæ lumina, Cuiacium, Contium, & Mercerium contemporaneos Antecessores inuida, & improba fata eripuissent. Huius etiam nostri Præsulis tempore Patres Capucini Ordinis S. Francisci, videlicet an. D. 1587. liberalitate & munificentia imprimis nobilis viri Iacobi *de Bochetel* Biturici sacri Consistorii Consiliarii, ex testamento tamen F. Bernardini *Bochetel* Nannetẽsis Episcopi, Cleri, & quamplurium ciuium Bituric. Monasterium cum Ecclesia ædificarunt extra vrbem, quam idem Antistes consecrauit Cal. Maii 1588. qui Ordo in paupertate diues, est in tantum celebris, vt vitæ honestati pietas, & humilitatis gloria sibi maximo concentu respondeant omnium penè ciuium affectu mirabiliter in optimos Patres inclinante: Hi D. Angelum à Ioyeusa prouincialem habent. Anno sequẽti 1589. die 1. Augusti, Rex Henricus 3. à F. Clemente Monacho Ordinis Fratrum Prædicatorum Conuentus Lutetiani, cultello infando, & execrabili exemplo in pago Clodoueo occiditur. Cæterum anno à Christo 1599. Cal. Augusti ho-	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		ra 4. post meridiem. Ignis maximam strագem edidit circa ædem D. Ioannis à Campis, & ciuiũ adiacẽtes domos, tunc, vt magna ignis flamma extingueretur & Dei ira placaretur, publicæ, & piæ habitæ fuerũt processiones, & precationes à Clero Bitur. temporib. Regum Hentici III. & IIII. Gregorii XIII. Sixti V. Vrbani III. Gregorii 13. Innocentii II. & Clementis VIII. PP. Imperat, Rodul-	
		ANDREAS FREMIOTVS.	
98.	1602.	Burgũdus, Benigni in summa Burgundiorũ Curia præsidis filius 24. Decembris 1603. possessionem adeptus est per M. Franciscum Godard Canonicum & Vniuersitatis Cãcellarium. eius PONTIFICATUS tempore videlicet, 14. mensis Maii anno 1610. PARISIIS in Ferroneriæ vico perpetratur horrendum & immane parricidium in persona Maximi Clementissimi Inuictissimi & Christianissimi Henrici 4. galliæ & Nauarræ Regis manu Diabolica crudelissimi Carnificis Engolismæ vrbis (cuius nomẽ) æternæ obliuionis maledictioni merito est addictum) in cuius parricidii pœnam Senatus Cõsulto summæ Curiæ, dici 27. eiusdem mensis statutum fuit vt hoc Satanæ instrumentum, præmissa coram primaria Ecclesiæ PARISIENSIS porta traductione supplici ac stigmatica, in plateam supplicio destinatam ducatur, ibique in tabulato forcipibus candentibus illi inurantur mammæ;	

Numerus Archiep.	Anni Christo.		Anni obitus.
		brachia, femora, ac furæ manus dextera parricidii cultrum tenens igne sulphureo concremetur: in partes forcipibus inustas plumbū liquefactum, oleum ferueſ resina accensa, ceraque simul cum sulphure liquefacta, iniiciantur: quibus peractis, corpus eius a quatuor Equis distrahatur, membra cum corpore igne consumantur, in cineres redigantur, cineres ipsi in ventum dispergantur: bona eius Regio fisco addicantur: domus natalitia disturbetur, pater ac mater in exilium amandentur: fratres denique ac sorores eiusmodi nomine deinceps non vtantur. Sed & fere eadem tempestate generosissimum DD. Claudium à Castra vtriusque Militiæ Equitem Torquatum, Franciæ Mareschallum Ducatus Bituricensis proregem natū 79. improba & inuida mors nobis eripuit 18. Decembris 1614. Sepelitur in subterranea Ecclesia Cathedrali Metropolitana in cuius tumulo quæ sequuntur ænea tabula inscripta cum corpore includuntur ad perpetuam tanti viri memoriam.	

PIETATI ET MEMORIÆ.

CLAVDII DE LA CHASTRE, vtriusque Militiæ Equitis Franciæ Mareſcalli, Domini de la Maiſon fort. Claudij & Annæ de Robertet filii Gabrielis Prætorianarum Cohortum, & Mariæ de ſainct Amadour nepotis. Claudij & Annæ de Menou Pronepotis.

Numerus Archiep.	Anni à Christo.		Anni obitus.
		tis. Petri & Mariæ de Roux Abnepotis; Ioannis, & Hugouillæ de Vaudenay Abnepotis. Guillermi & Agnetis de Ligneres, Trinepotis, supraque à Philippo & Maria de Vauery, & ab Ebbone Philippi patris progeniem repetentis: Ebbone pio, sed heu infelici, qui inter Franciæ Proceres, Cruce signatus, dū pro Christi fide fortiter pugnat, vnâ cum duobus liberis Captiuus, hostiū factus, Alienatione Vrbis & Baroniæ de la Chastre, vnde antiquum familiæ nomen, suam, ac filiorū libertatem redemit. Hoc casu domus illustris, census diminutionem passa, posterorum meritis beneficia Principum certatim prouocantibus in integrum restituta est, ac tandem à Claudio, cuius ossa hic iacent modicis opibus, sed longè maximis honoribus. Hic à primo ætatis flore in Pædagogiorū Annæi de Montmorency Comitis stabuli datur gerundo Cohortes, eius vexillo præpositus fuit, inde, velut ex Seminario Ducum Præfectorumque per omnes Militiæ gradus fideli exercitatione versatus, ad honorem Equitis vtriusq;	

Digitized by Google

Numerus Archiep.	Anno à Christo.		Anni obitus.
		Ordinis, & Centenarii Equitum Grauis Armaturæ præfuit. Dein Biturigum Prouinciæ Rector, & missus Dominicus, post Aureliarum Gubernator euasit. Nouissime ad Augustum ordinem & Collegium Marescallorum euectus, inter proceres ac primarios Duces & sacri Consistorii Comites adscriptus fuit, quos honores ac dignitates non prius quã hominem exuit: alios etiam maiores ad tempus gessit: Exercitibus regiis & bellicis expeditionibus quà Titulo Castrorum Præfecti, quà Legati, ac Regias vices agentis intus & foris præfuit. Auspicio suo maximas res gessit, ac pro dignitate semper Officij sui sibi cõmissi magnitudinẽ impleuit.	
		Militauit sex Regum stipendiis. Vixit annis plus minus LXXVIII. Decubuit die XVIII. Decembris. Occubuit MDCXIIII.	
		Quo ius meritа.	
		Ecclesia & Capitulum S. Stephani Bituricensis hunc locum sepulturæ concessit.	
		Ciuitas autem & plebs vniuersa ob singularia erga se merita & moderationem atque abstinentiam ad exemplum præcipuam Iusticio publice indicto ereptum luxit.	
		Deo sit laus honor & gloria.	

Digitized by Google

INDEX
ARCHIEPISCOPORVM
BITVRICENSIVM, QVI HAC
Chronologia continentur.

A

Dacivs. pag. 39
Ado, aliàs Aldus. 32
Ægidius de Rom. 73
Agolenus, aliàs Adolenus. 33
S. Aigulphus. 36
Aldebertus. 47
Albericus. 49
Andræas Formeus. 103
Andreas Fremiotus. 119
Anthonius Vialardus. 112
Anthonius Boërius. 104
S. Appollinaris. 28
Archadius. 22
Auitus. 15
S. Austregisillus. 28
Aymo. 43

B

Berlamus. 35
Bertrandus de Canhaco. 81

C

Clemens. 138

D

S. Dagbertus. 42
S. Dauid. 34
Deodatus. 34
S. Desideratus. 23

E

Eroinus. 36
Ermenarius. 35
Ermembertus. 35
S Eterius. 15
Eulodius. 16
S. Eustachius. 27

F

S. Foelix. 24
Franciscus Buellius. 106
Franciscus à Turnone. 107
Frotarius. 38
Fulcaudus de Rupecardi. 36

G

Gauzlinus. 43
Gerontius. 40
Gerardus. 57
Guarinus de Girardo. 53
Guido de Soliaco. 72
S. Guillelmus. 55
Guillelmus de Brucia. 75
Guillelmus Boisfraterius. 92
Guillelmus Cambrayeus. 100

H

Henricus de Soliaco. 54
Henricus Dauaugourdus. 95
S. Honoratus 1. 22

Digitized by Google

S. Honoratus 2. 23
Hugo. 41
Humatus. 20

I

Iacobus Regius. 110
Ioannes de Soliaco. 71
Ioannes de Rupe Cauardi. 89
Ioannes Cordis. 96

L

Landoarius. 34
Launo. 41
Leotherius, 14
S Leo. 15
Leodegarius. 48

M

S. Marcellus. 13
Madalbertus. 39
Michael de Buciaco. 103

P

Palladius. 14
S.Palladius. 16
Pauper. 14
Petrus de Stagno. 79
Petrus de Crosso. 80
Petrus Aymericus. 89
Petrus Cadouëtus. 98
Petrus à Castra. 50
S.Philippus Berruerii. 70
S.Probianus. 23

R

Reginaldus de Porta. 75
Reginaldus de Beaune. 113
S Remigius. 24
Richardus 1. 41
Richardus 2. 45
Rochus. 33
S.Rodulphus. 36
S.Rogerius le Fort. 77
Roricius. 20

S

S. Sæuicianus. 12
Segolenus. 34
Siagrius. 20
Siginus. 33
S.Simplicius. 17
Simon de Soliaco. 58
Simon de Belloloco. 72
S.Stephanus. 35
Stephanus. 53
S.Sulpicius. 25
S.Sulpicius cognomento Pius. 29

T

Tecretus. 13
S.Tetradius. 20

V

S. Viator. 13
Vilicius. 15
S.Vrsinus. 5
Vvfeodus aliàs Vvlfolentus, 32
S.Vvlphadus. 38
Vvlgrinns. 49

Digitized by Google

NOTITIA ARCHIEPISCOPATVVM, EPISCOPATVVM PROVINCIÆ BITVRICENSIS.

Simul & Abbatiarum, aliorúmque Beneficiorum Diœceſis Bituric.

Archiepiſcopus Bituricenſis ratione Primatialis dignitatis hos habet Suffraganeos.

ARCHIEPISCOPVM Auxitanum.	*L'Archeueſque d'Auchs.*
Archiepiſcopum Narbonenſem.	*L'Archeueſque de Narbone.*
Archiepiſcopum Burdegalenſem.	*L'Archeueſque de Bourdeaux.*
Archiepiſcopum Tholoſanum.	*L'Archeueſque de Toulouze.*

Hos vero ratione Metropolitanæ.

Epiſcopum Claromontenſem.	*L'Eueſque de Clairmont en Auuergne.*
Epiſcopum S. Flori.	*L'Eueſque de S. Flour.*
Epiſcopum Vbienſ. aliàs Vabrenſem.	*L'Eueſque de Vabres.*
Epiſcop. Tutelenſ.	*L'Eueſque de Tulle.*
Epiſcop. Caſtrenſem.	*L'Eueſque de Caſtre.*
Epiſcop. Ruthenenſem.	*L'Eueſque de Rhodes.*
Epiſcop. Carurenenſem, aliàs Caturc.	*L'Eueſque de Cahors.*

Digitized by Google

Episcop. Lemouicensem.	*L'Eueſque de Lymoges.*
Episcopum Mimatensem.	*L'Eueſque de Mende.*
Episcop. Albiens.	*L'Eueſque d'Alby.*
Episcop. Auicienſ. seu de Podio.	*L'Eueſque du Puy en Vellay.*

Hunc ordinem ita ſcriptum inuenio in M. S. & in libris impreſsis, anno 1499. & 1529. quem & rectiùs ita reponendum cenſeo.

Epiſc. Claromontenſ.
S. Flori.
Ruthenenſis.
Vabrenſis.
Caturcensis.
Lemouicenſis.
Tullenſis.
Mimatenſis.
Albienſis.
Caſtrenſis.
Anicenſis ſeu de Podio.

Nam cum Epiſcopatus Vabrenſis ex Ruthenenſi, Tullenſis ex Lemouicenſi: Caſtrenſis ex Albienſi à Ioanne 22. Pontifice Max. conſtituti, & extracti fuerint, conueniens eſt antiquiorem Epiſcopatum, priorem ordinem & gradum retinere: licet quælibet pars eadem priuilegia retineat, quæ ſola dignitas, & officium antea obtinebat arg. l. binos. C. de Aduocat diuerſ. Iudicio. Ita Oldradus Concil. 267. pro Epiſcopatu Claromontenſi extracto ratione Regaliæ deffendit.

ABBATIÆ ORDINIS S. BENEDICTI inſtituti à S. Benedicto anno 520. cuius Ordinis numerantur à Tritemio quindecim amplius millia. In Diœceſi Bituricenſi ſunt.

Abbat. de Podio Ferrandi.	*Puy Ferrand.*
Abb. S. Gildaſij. Cuius fun-	*S. Gildas.*

Digitized by Google

dator est Ebbo Princeps Dolensis.

Abbatia de Vierzone. Cuius fundator primus est S. Radulphus Monachus Ordinis S. Benedicti & Abbas S. Medardi Suessionensis, tandem Archiepiscopus Bituricensis initio Regni Caroli Magni postea à Dambrano & Centulpho Virsionensis Dominis aucta. ann. 781. — *Vierzon.*

Abb. de Exolduno. — *Yssouldun.*

Abb. Fontis-Gombaudi. — *Foucombaut.*

Abb. de S. Martini de Massaio. — *Massay.*

Abb. de Miserayo. — *Miseray.*

Abb. de Millebeco. Dagobertus 1. Galliæ Rex fundator anno 642. — *Miaubec.*

Abb. S. Genulfi aliàs Stradensis cuius fundator Robertus, Maior Palatij Pipini Regis Aquitaniæ, & Oda eius vxor, filia Vvifredi Comitis Bituricensis anno 15. Imperii Ludouici Augusti, filiique eius Pipini 14. Incarnationis 228. — *S. Genouz Dioceſe de Bourges, temporalité de Touraine.*

Abb. S. Sirani. — *S. Siran.*

Abb. S. Sulpicij: fundator Rex Clotarius 2. circa annum 603. reformata anno 1496. & congregationi Casalis Benedicti vnita, Guillelm. Cambrayo Archiep. authore. — *S. Sulpice.* — Exemptæ ab omni iurisdictione & potestate Archiepisc. Bituricensi.

Abb. Burgigalēsis cuius Ebbo Dolensis Princeps fundator fuit, in honorem B. Mariæ Virginis anno 917. & Eccle- — *Bourdeolz.* — Bulla Cœlestini 3. sub data die 13. Iunij anno 1. Pontificatus In-

siam Vrbanus 2. in Gallias veniens in Castro Dolensi dedicauit circa annum 1094.

nocētij 4. die 26. Iunij an. 8. & Leonis. 10. 1. Aug. 1515.

Abbatia Casalis Benedicti fundata anno 1098. authore Andrea primo Abbate qui obiit anno 1120. temporibus Leodegarij Archiepiscopi Bituricensis, Caput est Congregationis reformatæ in Regno Galliæ an. 1488. Authore Petro Cadoeto Bituric. Archiepisc. Extat Bulla reformationis & priuilegia eiusdem Cōgregationis apud Choppinum lib. 2. de Domanio Franciæ titulo 20.

Chezail Benoist.

Abbatiæ Puellarum eiusdem Ordinis.

Abb. S. Laurentii. Bituricensis de Cōgregatione prædictæ Casalis Benedicti procurante Cambrayo Archiepisc. Bituricensi. Abbatia fundata à Carolo Magno precibus Dauidis 40. Archiepisc. Bitur. circa annum 788. Aymonius tribuit Ludouico Pio de gestis Francor. lib. 5. cap. 3.

S. Laurens à Bourges.

Abbatia B. Matiæ de Charantonio Bulla Georgii de Ambasia in regno Franciæ Alexandri VI. Papæ Legati anno 1507. Datæ Blæsiæ Moniales expulsæ 1113. & Canonici Regulares in earū locum substituti à Leodegario Archiepisc. Bituric. authoritate

Charanton.

Paschalis 2. PP. quæ tamen post obitum Leodegarij reuersæ sunt anno 1135.	
Abbatia S. Menulphi.	*S. Menou prés Moulins.*

Abbatiæ Ordinis Cistertiensis. Is Ordo anno 1098. à Roberto Abbate primo Molismensi institutus est, licentia & assensu Vrbani 2. Papæ, Valterij, Gabilonensis Episcopi: & Odonis Burgundiæ Ducis, postea mirifice auctus ac propagatus à S. Bernardo Abbate Clareualensi. Domus Clareualis fundata anno 1135. Cistercienses ab Episcoporum coercitione & iurisdictione exemit Alexander 3. PP. anno 3. Pontificatus referente Choppino lib. 2. de sacra Polit.

Abb. de Aubigniaco.	*D'Aubignac prés S. Benoist du S. Saut.*
Abb. de Albis Petris anno 1149. 3. Idus Iunii fundata.	*D'Aube. Pierre, prez Augurande.*
Abb. de loco Regio anno 1129. 8. Cal. Maii.	*De l'Aurois.*
Abb. de Varenis an. 1148. 7. Cal. Maii ex liberalitate, & munificētia Guidonis Chauignei.	*De Varennes.*
Abb. de petris 1149. 4. Id. Iunij.	*Les Pierres prez Cullant.*
Abb. de pratea 1145. 6. Id. Nouemb. in d. Monasterium translata fuit S. Fausta 5. Idus Octobris 1247.	*De la Pree.*
Abb. de nigrolacu. Ebbo de Charantonio fundator, anno 1100.	*De Noirlac.*
Abb. de Challiueyo	*De Chaillinoy.*
Abb. de Landesio 1145. 3. Cal. Octob.	*De Landais.*

Abb. de Fonte-Morini.	*Fontmorigny.*
Abb. de Oliueto, 1144. 13. Cal. Feb.	*Oliuet.*
Abb. de Barzella, 1137. 17. Cal. April.	*Barzelle*, alias *Bardelle.*

Abbatiæ Puellarum eiusdem Ordinis III.

Abb. de Bello-visu.	*Beau-voie.*
Abb. de Buxerio, 1159. Cal. Augusti.	*De la Busiere prez Culant.*

Abbatiæ Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini quorum originem Volateranus, Poliodorus, Virgilius, & alij Scriptores ad tempora Apostolorum referunt. Institutum illud postea S. Augustinus. Legibus ac disciplina temperauit.

Abbatia sancti Ambrosij, in vrbe Bituricensi vastata & diruta à Normanis, anno 868. postea anno 1012. à Gaufrido Vicecomite Bituricensi reædificata, tunc Briciacus locus nuncupabatur, extra muros vrbis sita.	*Sainct Ambrois en la ville de Bourges.*
Abb. Plenipedis, Richardus 2. 59. Archiepiscopus Bituric. fundator, anno 1092.	*Plainpied.*
Abb. S. Satyri. Maltidis filia D. Gillonis Militis Domina Castri, quod dicitur S. Satyri, in honorem S. Petri, & S. Satyri prædictum Castrum cũ decimis & pertinentiis pro remedio animæ & parentum suorum pro fundatione Monasterij dedit regnante Hen-	*S. Sateur.*

Digitized by Google

rico Rege, circa annum 1032.

Abb. de Selles, S. Cusitij, nunc Fuliensis Ordinis seu sancti Bernardi de Pœnitentia, beneficio Philippi *de Bethune*, Domini temporalis Bulla Pauli V. Data Romæ, anno 1612. 14. Calend. Aprilis.	*Selles en Berry : Depuis l'an 1612.* *Des Feüillans.*
Abbatia de Vernucia.	*De la Vernuce.*

Abbatiæ Ordinis Grandimontensis nullæ sunt in Diœcesi Bituric. sed tantum Prioratus olim Conuentuales Correctoris nomine nuncupati.

Omnes ad Collationem Abbatis Grandimontensis. Is Ordo institutus est apud Gallos in Diœcesi Lemouicensi, in qua est Abbatia Grandimontensis, caput totius Ordinis, anno 1089. per S. Stephanum de Mureto, qui obiit ann. 1126.

Reformatus à Ioanne XXII. PP. anno 1318. eumque quorundem improborum factionibus labefactatum in meliorem formam redegit, Platina in vita Ioannis.

Priora Grãdimontensis prope Castrum Nouum.	
Priora. de Fontblanche.	
Priora. de Petillou.	
Priora. de Font-Gueſdon.	
Prior Grandimõtensis, aliàs le Chastignier.	*Chastignier parroisse d'Orsanne.*

DECANVS ET CAPITVLVM Ecclesiæ Cathedralis & Metropolitanæ, *S Estienne de Bourges.*

Dignitas Decanatus & Præbendæ eliguntur per Capitulum, aliæ vero dignitates huius Ecclesiæ ad collationem domini Archiepiscopi pleno iure pertinent.

Thesaurarius sacræ Capellæ palatij Bituricensis, *La Saincte Chapelle de Bourges.*

Digitized by Google

Dignitas & Prebenda pleno iure pertinent ad Ducem Bituricensem. Cuius fundator est Ioannes filius 3 Regis Ioannis, anno 1404.

prior & Capitulum sancti Vrsini Bituricensis. *S. Vrsin.*

Dignitas & Prebendæ Capitulariter eliguntur.

prior & Capitulum S. Petri puellarum.

Dignitas Prioratus annexa est dignitati Cantoris Bituricensis, & Prebendæ ad dictum Cantoris Priorem pleno iure pertinent.

S. Pierre le Puillier, anciennement Abbaye de fille.

prior & Capitulum B. Mariæ de Salis.

Dignitas Prioratus Capitulariter eligitur; Prebendæ vero per Archiepiscopum Bituricensem pleno iure conferuntur, sed sede vacante per Priorem. Nostre-Dame de Salles, anciennement Religieux.

prior & Capitulum S. Austreg filli de Castro. *Le Chasteau lez Bourges.*

Dignitas & Prebendæ ad plenam collationem D. Thesaurarij sacræ Capellæ Pallatij Bituricensis pertinent.

Decanus & Capitulum beatæ Mariæ Medij Monasterij. *Monthermoyen.*

Dignitas Decanatus eligitur capitulariter. Prebendæ vero per Dominum Archiepiscopum Bituricensem pleno iure conferuntur.

Antea Abbatia Puellarum cuius fundatrix & prima Abbatissa fuit S. Eusta diola, S. Sulpicio cognomento Seuero Ecclesiam Bituric. gubernante. Prior & Capitulum S. Cirici de Exolduno *S. Cire d'Yssoudun.*

Dignitas Prioratus eligitur: Prebendæ vero conferuntur per Capitulum ad præsentationē Canonici in turno ad beneficia conferenda.

Decanus & Capitulum B. Mariæ de Magduno. *De Mehun sur Yeure.*

Dignitas Decanatus Capitulariter eligitur: Prebendæ vero per Ebdomadarium ad turnum.

prior & Capitulum de Nouo-vico S. Sepulchri.

Neufuy S. Sepulchre.

Dignitas Prioratus Electiua, Canonicatus & Prebendæ decem numero, præsentantur à Canonico in turno ad beneficia nominanda.

prior & Capitulum de Castra.

De la Chastre.

Decanus & Capitulum de Linetiis, *de Linieres.*

Dignitas & Decanatus Collatio controuertitur inter D. Archiep.

Archiep. Bitur. & Abbatem Dolenſem, *Præbendæ verò conferuntur per D. Archiepiſcopum ad præſentationem Domini temporalis eiuſdem loci ſecundum intentionem fundatorum.*

Prior & Capitulum S. Stephani Duni Regis, *Dun le Roy.*

Dignitas Prioratus eligitur, Præbendæ verò à D. Theſaurario ſacræ Capellæ Palatij Bituricenſis conferuntur pleno iure, ſunt tamen affictæ Capellanis, Vicarijs, & habituatis dictæ ſacræ Cappellæ.

Decanus & Capitulum S. Dionyſij de Exolduno. In Suburbijs.

Dignitas Decanatus ad Regiam nominationem pertinet, eſt enim vnita cum Abbatia B. Mariæ de Exolduno. Præbendæ vero per electionem Decani & Capituli conferuntur.

Prior & Capitulum S. Auſtregiſilli prope Graciacum. *S. Auſtrille prez Graçay.*

Dignitas Prioratus eligitur, Præbendæ verò per Capitulum conferuntur ad præſentationem Prioris & Capituli eiuſdem Eccleſiæ, & ad nominationem Canonici in turno ad beneficia nominanda exiſtentis.

Prior & Capitulum B. Mariæ de Graciaco.

Dignitas & Præbendæ pleno iure ad collationem D. Theſaurarij S. Capellæ Bituric.

Prior & Capitulum S. Lauriani de Vaſtino, *Vaſtan.*

Dignitas Prioratus eligitur Capitulariter, Præbendæ verò & Vicariæ conferuntur per Capitulũ nominato ſeu præſentato à Canonico exiſtente in turno. Eccleſia fundata à Guydone Bleſenſi Comite.

Prior & Capitulum de Leproſo, *Leurous.*

Dignitas Prioratus eligitur, Præbendæ vero per Priorem & Capitulum conferuntur pleno iure.

Prior & Capitulum de Monte Cœnobio, *Montcenoux.*

Prioratus electiuus à Canonicis Eccleſiæ S. Vrſini Bituric. Præbendæ vero, à Canonicis in turno ad conferenda beneficia.

Decanus & Capitulum S. Martini de Heuriaco, *d' Hurier.*

Dignitas Decanatus & Præbendæ capitulariter conferuntur.

Decanus & Capitulum S. Saluatoris de Heriſſone.

Decanatus electiuus per Capitulum: Præbendæ vero pleno iure per Regem conferuntur: Vicariæ vero per Cap. in turno.

Decanus & Capitulum Montiſſucij, *Mont-Luçon.*

Decanatus electiuus, Præbendæ ad Collationem Regis, Capitulum confert Vicariatus eiuſdem Eccleſiæ.

Prior & Capitulum de Sancergio, *Sancergues.*

Prior eligitur, Præbendæ conferuntur per Capitulum præsentato per Canonicum existentem in turno ad beneficia conferenda seu præsentanda.

Prior & Capitulum S. Austregisilli de Castillione super Yndriam, *Chastillon sur Indre.*

Dignitas Prioratus capitulariter eligitur, Præbendæ vero conferuntur per Dominum Archiepiscopum Bituricensem pleno iure.

Thesaurarius & Capitulum de Mazerijs in Bresna, *Mezieres en Bresne.*

Dignitas Thesaurarij capitulariter eligitur, Præbendæ verò conferuntur per Dominum Archiepiscopum ad præsentationem domini temporalis dicti loci de Mazerijs.

Prior & Capitulum S. Mauculdis de Palludello, *de Palleau.*

Dignitas Prioratus Capitulariter eligitur: Præbendæ verò per Dominum Archiepiscopum Bituricensem pleno iure conferuntur.

Prior & Capitulum de Aijs Gillonis, *des Aix Dangillon.*

Dignitas Prioratus annexa est dignitati Decanatus Ecclesiæ Bituricensis, Præbendæ à Canonicis & Capitulo in communi pleno iure conferuntur.

Prior & Capitulum S. Aniani in Bituria, *Sainct Aignan en Berry.*

Prior Decanus, & Capitulum S. Petri de Castronouo, super Charum, *Chasteau-neuf sur Chair.*

Prioratus ad Collationem Abbatis Floriacensis, seu sancti Benedicti super Ligerim, Prior autem est Decanus, Canonicatus, & Præbendæ IX. I. ad collationem D. Archiepiscopi: vna etiam ad collationem & Patronatũ Laïcalem D. *de Doué*, vna vnita est Rectoriæ *de Veneusme.* Reliquæ per Capitulum conferuntur electione.

Ad Collationem Prioris, sunt 4. Vicariæ.
- Vicaria, *du grand Veneſme le bien aßis à Charanton.*
- Vicaria de S. Baudelle.
- Vicaria S. Blasij.
- Vicaria S. Martini le Cocu.

Thesaurarius & Capitulum S. Capellæ de Borbonio, *la Chapelle de Bourbon.*

Ad Regis Collationem pleno iure.

Prior & Capitulum de Lereaco S. Martini Turonensis, *de Laizay.*

Digitized by Google

Prior & Capitulum de Feritate Imbauldi, *de la Ferté Imbaut.*

Dignitas Prioratus annexa eſt Archidiaconatui de Sigalonia: Præbendæ vero ad Dominum Archiepiſcopum pleno iure pertinent.

Decanus & Canonici de Caſtro-Melliano, *Chaſteau-Meillan.*

Ad Collationem domini temporalis.

prior & Canonici de Cullante, *de Cullant.*

Ad Collationem domini temporalis.

Conuentus Eremitarum D. Auguſtini.

Is ordo per vniuerſum orbem diffuſus circa annum 390. & anno 1255. auctus 7. Ornuphrio teſte.

